

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## L. Annaei Senecae Tragoediae

Seneca, Lucius Annaeus <Philosophus>

Amstelodami, 1662

Phoenissæ, quæ vulgo Thebais

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-770)

L. ANNÆI SENECÆ

\* P H O E N I S S Æ,

QUÆ VULGO

† T H E B A I S.

DRAMATIS PERSONÆ.

OEDIPUS. ANTIGONE. NUNCIUS.  
JOCASTA. POLYNICES.

ARGUMENTUM.

*Oedipus, sibi oculi ubi scelus suum (de quo vide argumentum Oedipi) agnovisset erutus, in exilium spontaneum profectus amolitur a se filiam Antigone. quæ patri vitales auras pettaso ducem se via offert, utque mortis cupidinem deponat, multo*

\* *Phœnissæ,* ] Mira libelli hujus fortuna fuit, & vices sane quam notabiles. Nam ut subito deliciis & gratia summi viri frequentibus punctis in cœlum abiit, ita post paullo non levioribus sententiis pene ad inferos dejectus est. Iam longinqua vetustas ævi barbariesque superiorum temporum quum hoc omne tragicædiarum corpus miserum habuerit, hanc præcæteris unam prorsus exempla fecit, ut cum Comico loquar : detracti & expuncti chori, quasi fuissent nulli : super hos magna pars intercepta : ne nomen quidem relictum : quod restat, passim foedis vulneribus ita deformatum, ut etiam, quod aliquando integrum fuit, infame ac minus desideratum reddiderit. Nescio quis poematis laceri, instar Deiphobi, nullo titulo, miserus, quum Oedipum & par Thebanum in eo agnosceret, de P. Papinii Stacii opere, *Thebaidem* proscripsit. Quem errorem verus auctor, qui tamen hæcenus nihil peccarat, magna mercede expiavit. Ipse dixerat *Phœnissæ*, Euripidem imitatus. nam hanc solam inscriptionem horum fragmentorum novit aureus ille codex Florentinus, eamque & in fronte voluminis, ubi omnes promittuntur tragicædiæ, & in fronte ac fine hujus ipsius, demique in summis om-

nibus paginis, quibus continetur, præfert. Ut autem à Troadum choro *Troades*, à Trachiniarum choro Sophoclis *Trachiniae*, sic à choro Phœnissarum appellavisse nostrum *Phœnissæ*, hoc quoque Euripidis imitatione, valde credibile ac mihi penitus persuasum est. *Gronovius.*

† *Thebais.* ] Hæc fabula Senecæ, omnium, quæ à magno illo viro & (austim dicere) Philosopho scriptæ ad nos pervenerunt, longè excellentissima, & cum Oedipo ejusdem quasi gemina : imo cultu & nitore, si principem criticum audimus, Græcæ fabulas superat. *Q. Septimius Florens.* Thebaidem tragicædiam olim Latine Attius scripsit. Heroicis versibus Græcè Thebaides scripserunt Antimachus & Menelaus *Ægeus* ; quorum imitatoreni fuisse Statium Papinium suspicor : sane Antimacho non est dissimilis, utriusque enim tumor reprehenditur. Ponticus etiam, testibus Ovidio ac Propertio, hoc argumentum tractavit. hæc tragicædia noster multa ex Euripidis Phœnissis accepit. *Delvius.* Hæc fabula est perpetuum canticum, nullis diverbiis interruptum. Est autem totum scholasticum drama, declamatoricè characterè. Multa putida sunt & affectata. *Scal.*



multis precibus orat, tandem exorat. Cujus interea filios. Eteoclem & Polynicem, violato regnandi per vices fœdere, impia moventes arma, incassum laborat mater Iocasta in gratiam reducere. Desunt mutila huic tragœdiæ cœtera.

## ACTUS PRIMUS.

OEDIPUS. ANTIGONE.

Oedipum ab instituta morte revocat persuadetque filia Antigone dux patris cæci.

Oedip. **C**œci parentis regimen, ac fessum unicum Patris levamen, gnata, quam tanti est mihi

Genuisse vel sic; desere infaustum patrem.

In recta quid deslectis errantem gradum?

Permitte labi. melius inveniam viam

Quam quæro solus, quæ me ab hac vita extrahat,

Et hoc nefandi capitis aspectu levet

Cœlum atque terras: quantulum hac egi manu?

Non video noxæ conscium nostræ diem:

Sed videor. hinc jam solve inhærentem manum,

Et patere cœcum, qua volet, ferri pedem.

Ibo, ibo, qua prærupta protendit juga

Meus Cithæron: qua peragrato celer

Per saxa monte jacuit Actæon, suis,

Nova

Verf. 1. Ac fessum unicum Patris levamen, ] Quam pulcre cæcus parens & fessus pater, quasi diversi essent, in tanta vicinia appellantur? Merito fassus est Florens Christianus hanc repetitionem sibi non placere. Aliis elegans videtur, & impingere in limine, quibus hæc culpata. Fruantur iudicio suo. Sed scripsit auctor: & fessum unicum Lateris levamen. Sic apud Sophoclem idem Oedipus ἐπι Κολωνῶν ad filiam: Εγείρουσ' ἢ παῖ, πάλαι εἴ με φίδεξίον. Gronovius.

4. In recta quid deslectis ] Hippol. 136. Ad recta deslecti. Idem. Errantem ] Errare malentem. Farnabius.

7. Capitis aspectu ] Herc. Fur. 1240.

Populos ut omnes impio ad aspectu fugem. Gronovius.

8. Quantulum ] Quasi dicat, paululum vel nihil potius profeci me mea solum excæcando manu, & vitæ parcendo: nam quamvis diem sceleris mei conscium non videam, video ortam. Farnabius.

11. Cœcum, ] Meum cæci. Idem.

13. Cithæron: ] Mons prope Thebas sub meo quondam imperio, vel, in quo ego quam primum natus sum expositus eram. inf. verf. 203. Idem.

14. Actæon ] Venator in cervum à Diana, quam nudam viderat, mutatus atque à canibus suis devoratus. Idem.

Nova pra  
Silvanqu  
Egit for  
Vibrante  
Vel qua  
Zethi juv  
Tauri fer  
Vel qua  
Inoa rup  
Novumq  
Mersura  
Fortuna  
Est alius

16. Infirm  
citas. Farna

17. Egit  
Bacchæ filiu  
pserunt. Idem  
chico percit  
suis erat filii

18. Vibra  
fixum fereb  
ta. Idem.  
excludimus, t  
nus. Gronov

19. Vel qu  
& Phœniss.

20. Zethi  
Zethi juven  
lenissimum d  
dunt nihil e  
dum, ut non  
sit mentiri  
fuit, qui Di  
igitur dabit  
vencus? qu  
rat. Et ita F  
Gronovius.

22. Vel q  
hunc versum  
decimum, ]  
Vertice imm  
ceps ] Delu  
versum etro



Nova præda canibus. qua per obscurum nemus, 15  
 Silvamque opacæ vallis instinctas deo  
 Egit sorores mater, & gaudens malo,  
 Vibrante fixum prætulit thyrso caput,  
 Vel qua cucurrit corpus invisum trahens  
 Zethi juvencus, qua per horrentes rubos 20  
 Tauri ferocis sanguis ostentat fugas.  
 Vel qua alta maria vertice immenso premit  
 Inoa rupes, qua scelus fugiens suum,  
 Novumque faciens, mater insiluit freto  
 Mersura gnatum, seque. felices, quibus 25  
 Fortuna melior tam bonas matres dedit!  
 Est alius istis noster in silvis locus,

## Qui

16. *Instructas*] Bacchi furore per-  
 citas. *Farnabius*.

17. *Egit*] Agave Penthei mater &  
 Bacchæ filium ejus Pentheum discer-  
 perunt. *Idem*. *Gaudens*] Furore Bac-  
 chico percita vitulum esse putans, qui  
 suus erat filius. *Idem*.

18. *Vibrante*] Caput Penthei præ-  
 fixum ferebat haste pampinis involu-  
 ta. *Idem*. *Thyrso prætulit fixum*] Vt  
 edidimus, transponit voces Florenti-  
 nus. *Gronovius*.

19. *Vel qua*] *Hercul. Fur.* vers. 915.  
 & *Phœniss.* vers. 126. *Farnabius*.

20. *Zethi juvencus*] Apage illam  
 Zethi juventutem, quam dum per hel-  
 lenisimum defendunt viri docti, osten-  
 dunt nihil esse tam insanum & absurd-  
 um, ut non aliquo furo oblitum possit  
 mentiri sanum colorem. Taurus  
 fuit, qui Dirceam alligatam traxit. Cur  
 igitur dubitavit reponere, *Zethi ju-  
 vœncus*? quod ipsis in mentem vene-  
 rat. Et ita Florentinus. *Oedipo* v. 610.  
*Gronovius*.

22. *Vel qua*] Lipsius & Ios. Scalig.  
 hunc versum poni voluit post duo-  
 decimum, *Ibo, ibo, &c.* supra. *Farnab.*  
*Vertice immenso premit*, Inoque præ-  
 ceptis] Delirus suspicabatur priorem  
 versum troneum esse, & colloca-

dum superius post illum *Ibo, ibo*. Græ-  
 terus non videt, quare versus sit illo  
 reponendus, quum alio loco montis  
 perierit Actæon, alio Ino. Tamen &  
 Scaliger totam sententiam suspendi  
 causatus eodem rejicit. Nimirum vi-  
 tium subesse intelligebant, sed idini-  
 tio versus sequentis & simul medici-  
 nam ostendunt principes membrana:  
 habent enim: *premit Minor rupes*. Le-  
 gendum igitur: *Vel qua alta maria ver-  
 tice immenso premit Inoa rupes*. Virgi-  
 lius 1. *Georgic. Inoa Melicerta*. Statius:  
*cunabula Bacchi Inoamque fugam*. Nec  
 vero placet: *scelus fugiens suum*: neque  
 enim ob calumniam, qua Phrixon &  
 Hellen Ino percudit, aut quod Orcho-  
 meniis famem comparasset, immisit ei  
 furias Iuno, sed quod Bacchi nutrix  
 fuisset. Omnino legendum: *scelus fu-  
 giens viri*. Nam cum is Learchum per  
 furorem interfecisset, jamque Meli-  
 certa immineret, eripuit eum mater  
 fuga Athamanti. In Vossiano erat: *fu-  
 giens sui*. *Gronovius*.

25. *Mersura*] Mersura Melicertam  
 alium filium seque. *Farnabius*.

26. *Tam bonas*] Quæ filios interfici-  
 ebant. quod utinam & mihi contig-  
 isset, nec vixissem furvus parricida,  
 incestus, &c. *Idem*.



Qui me reposcit, hunc petam cursu incito:  
 Non hæsitabit gressus, huc omni duce  
 Spoliatus ibo. quid moror sedes meas? 30  
 Mortem Cithæron redde, & hospitium mihi  
 Illud meum restitue, ut expirem senex,  
 Ubi debui infans, recipe supplicium vetus  
 Semper cruenta, sæve, crudelis, ferox,  
 Cum occidis, & cum parcis. olim jam tuum 35  
 Est hoc cadaver. perage mandatam patris,  
 Jam & matris. animus gestit antiqua exsequi  
 Supplicia. quid me, gnata, pestifero tenes  
 Amore vincitum? quid tenes? genitor vocat.  
 Sequor, sequor. jam parce. sanguineum gerens 40  
 Insigne regni Lajus rapti furit.  
 Et ecce inanes manibus infestis petit

Fodit-

30. *Sedes*] Inf. vers. 243. *Farnab.*  
 31. *Montem Cithæron redde,*] Quid  
 si *Mortem* pro *monte* hic admittimus  
 secundum vorum Oedipodis, dixerat  
 Florens Christianus. At Delrius: *Qui*  
*Mortem* tenent, mere nugantur.  
 Subdubito: ita enim Etruscus, *mor-*  
*tem*, non *montem*. Nec video, quam  
 belle mons Cithæron hic jubeatur red-  
 dere montem. Id parum erat, nec ne-  
 gabat Antigone seni. Aliquid amplius  
 Cithæron debebat jam infanti, *mor-*  
*tem* scilicet. Ideo enim illic expone-  
 batur, ut petiret: nec fuisset creditus  
 Cithæroni, nisi quasi fidem dedisset  
 ille petiturum. Quam fefellit servando  
 expositum, donec à pastore collectus  
 ferretur ad Polybum. Itaque vel nunc  
 fero *mortem* olim abjuratam sibi reddi  
 postulat. *Gronovius.*

35. *Cum occidis, & cum parcis.*] *Medea:*  
*Cum sevit & cum parcit, ex*  
*quo malam.* Idem. Ut *Actæona*,  
*Pentheæ*, *Dircen* aliosque in *Orgiis*.  
*Farnabius.* Ut mihi cui tum infanti  
 multo melius mori fuisset. *Idem.*

36. *Patris,*] Olim quidem patris  
 de parricidio admonitū oraculo, sed &

jam matris, quæ mihi necem impreca-  
 tur propter incestum. *Idem.*

38. *Pestifero tenes]* Qui me invitum  
 in vita manere cogat. *Idem.* Cave quid  
 mutemus. queritur enim ita custodiri  
 tenerique à filiâ, ut sibi necem inferre  
 nequeat. *Vinctum* scimus non esse sui  
 juris. *pestiferum amorem* gnatae vocat,  
 quia *Invitum qui servat, idem facit oc-*  
*cidenti*, ut loquitur alibi Horat. *Grut.*

39. *Vinctum?*] Quid me, noxiô  
 & injusto amore sic tibi colligas &  
 astringis, ut adimas omnem, invitâ te,  
 moriendi potestatem? quid me mani-  
 bus quoque tuis, ut hederæ suis quer-  
 cum brachiis solent, vincis; & prohi-  
 bes manum meam, hanc animam im-  
 piam, ex latebris suis extrahere? non  
 vult, non amari à gnata; sed vult non  
 sic amari, ut amor ipsi amaram vitam  
 producat; ut amor illum mori prohi-  
 beat, & teneat in vitâ invitum. *Delr.*  
*Genitor]* Meus sc. Lajus à me occi-  
 sus, cujus umbra ex phantasia audire  
 videreque videtur. *Farnabius.*

40. *Sanguineum]* A me per sangui-  
 nem rapt. *Idem.*

42. *Inanes]* Evulsis sc. oculis. *Id.*

43. *Gna-*

Foditque  
 Ego video  
 Defertor  
 Omite p  
 Mortemq

43. *Gnata,*  
 patenti meum  
 enim ut vers.  
 phantasia vi  
 & spiritu tan-  
 ter repetit. *F.*

44. *Tandem]*  
 fille, qui i  
 mortem detu-  
 tui, sc. oculi  
 tandem in t  
*Spiritum in*  
*anime,*] *I*  
 ter legenda

*Ut 017, 107]*  
 eam reducit

Laji salutari  
 ingenium re-  
 sum castiga-

priora Laji  
 ea opera fec-  
 sibi loqui O-

qui repaguli  
 continuarin-  
 quod & an-  
 nemo Critic-

lius concoxe-  
 pagulum illu-  
 lus possum:  
 cem Oedipi-

visum imag-  
 desinat, ser-  
 moriendum  
 poscentis id-  
 ne ostendit  
 tum inimic-

Ferro perem-  
 spuat. Et ir-  
 lu exspuam  
 vitium sub-  
 versum. S  
 micum exs-  
 seipse appel-



Foditque vultus. gnata, genitorem vides?  
 Ego video. tandem spiritum inimicum exspue,  
 Desertor animi, fortis in partem tui:  
 45  
 Omitte pœnas languidas longæ moræ,  
 Mortemque totam recipe. quid segnīs traho?

Quid

43. *Gnata,* ] Non tu, inquit, ð filia patrem meum vides? Certe ego. Ille enim ut vers. 39. genitorem videre per phantasiam videtur, Age anime, vita & spiritu tandem te priva, quem pater repetit. *Farnabius.*

44. *Tandem spiritum* ] O anime pusille, qui imperium & institutam mortem detrectas, fortis in partem tui, sc. oculos, mandata exequere & tandem in totum me desere. *Idem.* *Spiritum inimicum exspue,* *Desertor anime,* ] Lipsius hæc ita continenter legenda monuerat sublata *τελειω* *ὑποστηρῆς* post *exue.* Deltius contra eam reducit: nam his verbis umbram Laji salutari, ut odium ponat; dein ad ingenium redire Oedipum, sequè ipsum castigare. Subscribit Guterus: priora Laji (non enim Laidis, ut stultæ operæ fecerunt) umbræ, sequentia sibi loqui Oedipum ipsi: male fecisse, qui repagulo puncti sublato isthære continuerant; *exue Desertor anime:* quod & animadvertisse Deltium, quo nemo Criticorum hunc auctorem melius concoxerit. Fieri potest: sed repagulum illud puncti tolerare hic nullus possum: ut nec umbræ Laji supplicem Oedipum. Non ille patrem sibi visum imaginatur, ut oret, infestare se desinat, sed unum agit, ut se ipse ad mortieundum stimulet, etiam visi & poscentis id Laji argumento. Hoc plane offendit Florentina scriptura: *Spiritum inimicum exspue.* Ut in Thyeste: *Ferro peremptus spiritum inimicum exspuat.* Et in Troadibus: *Vbi hanc animi exspuam leti moram.* Sed aliud etiam vitium subest nemini adhuc animadvertitum. Scribe: *tandem spiritum inimicum exspue, Desertor animi.* Sic seipse appellat: nam animum non ac-

cusat, quippe paratum in omnem pœnam, sed sese, qui animo morem non gesserit, & ejus impetum destituerit. Hinc paulo ante: *animus gessit anti-qua ex sequei Supplicia.* Et infra: *heret etiamnum mihi ille animus hæret, quæ recusatent manum Pressere vultus.* Hujus animi se desertorem hic appellat, & illic paulo post: *audias verum, Oedipe: Minus eruisi lumina audasiter tua Quam præsististi.* Præbuisse erat animi, quem se deseruisse significat timide eruendo. Agnostois, unde accepit Staius lib. 8. *Thebaidos: odi artus fragilemque hunc corporis usum Desertorem animi.* Gronovius.

45. *Pœnas languidas longæ moræ,* ] Grotius adscripserat margini: *Omittle pœna languidas longæ moræ.* *Idem.*

47. *Mortemque* ] Metaph. à gladiatoribus. *Farnabius.* *Quid segnīs trabō?* *Quid vivo?* ] Scribe una litera & distinctione mutata: *Quid segnīs trabō, Quod vivo?* hoc est, quam partem aut illud quatenus vivo. *Quid parte mei præmorta, reliquam partem vivam segnīs traho?* Sic infra: *Et in cineres dabo Hoc quicquid in me vivit.* Et infra: *Nec me redemi parte: membratim tibi volui perire.* Eodem sensu placuerat Nic. Heinſio: *Quo vivo.* Cæterum pro *Recipe* hoc verū Lipsius & Cornelius in Mss. notarunt *Admitte.* Florentinus habet utrumque: *Mortemque totam recipe admitte quid segnīs trabō.* Unde apparet hanc varietatem esse antiquissimam. Epist. 30. *Accessus mortis quam perturbationem adferat, optime hi dicent, qui secundum illam steterunt, qui venientem & viderunt & receperunt.* Plinius l. 7. c. 45. *destinatio moriendi & quadriūdi inedia magna pars mortis in corpus recepta.* Gronov.

50. *Viv*



Quid vivo? nullum facere jam possum scelus.  
 Possum miser. prædico, discede à patre;  
 Discede, virgo. timeo post matrem omnia.  
*Antig.* Vis nulla, genitor, à tuo nostram manum  
 Corpore resolvet. nemo me comitem tibi  
 Eripiet umquam. Labdaci claram domum,  
 Opulenta ferro regna germani petant;  
 Pars summa magni patris regno mea est  
 Pater ipse. non hunc auferet frater mihi,  
 Thebana raptò sceptrà qui regno tenet;  
 Non hunc catervas alter Argolicas agens.  
 Non si revulso Juppiter mundo tonet,  
 Mediumque nostros fulmen in nexus cadat,  
 Manum hanc remittam. prohibeas, genitor, licet;  
 Regam abnuentem, dirigam inviti gradum.

50. *Virgo.* ] Dum virgo &c. ne &c. te violam ut matrem. *Farnabius.*

53. *Labdaci* ] Regnum Thebanum, Labdacus autem erat pater Laji. *Idem.*

54. *Germani* ] Fratres mei Polynices & Eteocles. *Idem.*

55. *Pars magna patris optima* ] Florens Christianus malebat *optima* ] Gruterus *optimi* : idem affert ex uno Ms. *Pars summa* : quod inde receptum. Sed Etruscus : *Pars summa magni patris è* Scribe igitur : *Pars una magno patris è regno mea est, Pater ipse.* Vt cumque magnum patris regnum raptent ac ferro dividant fratres, unam tamen ex eo partem mihi relinquunt, oportet, ipsum nempe partem. *Gronovius.*

56. *Frater* ] Eteocles, qui regnum contra foedus & pactam fidem occupat.

57. *Thebanarum raptò* ] Illic non nemo: Eteocles, & videlicet, quid sit trihorias notas dare: adeo cæcutiunt, ut putent de Polynice illud dictum. Septimium Florentem Christianum pungit, qui laborem trihorium suas ad hanc fabulam notas in præfatione appellat. Sed homo acer cæcutivit ipse. Nusquam

enim Florens, Polynicen dici Thebanum sceptrum rapuisse tradit: sed in contrarium, Antigonom, immo plus bonum plus videri adjuvare Polynicem quam Eteoclem, ut etiam Græcos Tragicos: itaque hunc (quem nisi Eteoclem?) regnum rapuisse, imperium occupasse, foedus læsisse & fidem; illum (quem nisi Polynicem?) Argivos quidem duxisse, sed foederis icti testes deos invocare & hic & alibi tradi. *Gronovius.*

58. *Non hunc catervas* ] Nic. Heinsius malit: *Non huc.* *Idem.* *Alter* ] Polynices exercitum ducens foceri sui Adraasti regis Argivorum contra fratrem. *Farnabius.*

60. *In nexus* ] In dextram meam, quæ te tenet. *Idem.*

62. *Regam abnuentem, dirigam invitum* ] Lipsius è suo attulit: *invitum patrem.* Vnde Florens offensus ista quali τὸν ὀλοζίαν *regam, dirigam, tentat: diligam invitum patrem.* Quod rejicit quidem Delrius: sed Florentinus merito confirmat quod è Ms. notat Comelinus: *dirigam inviti gradum.* Nec pejor sit à fronte : *Ducam abnuentem*

In plana te  
 Non obsto  
 Duce me:  
 Perire fine  
 Heic alta  
 Spectat qu  
 Vis hanc p  
 Heic sciffa  
 Vis hanc p  
 Partes que  
 In hunc ru  
 Non depr  
 Votum qu  
 Si moreris  
 Sed flecte  
 Victas que

abnuentem.  
 supra apperit.

64. *Quovis*  
 ne Lipsius: *D*  
 est necesse,  
 scripto appar  
 ejus, (e unius)  
 punctorum tra  
 fecisset idem  
 clariora: *quo*  
*bus.* At Scalig  
 è duobus, omni  
 ruitur? *Duc*  
 ge è duobus,  
 plana, omni  
 ita loquitur:  
 habuit Antig  
 num aut præc  
 se haber, quo  
 ta Lipsii, tot  
 quovis utere *D*  
 bus autem in  
 ceteris duobu  
 dicere solere  
 notavimus.

70. *Tellu*  
 xit notandæ



In plana tendis? vado, prærupta expetis?  
 Non obsto, sed præcedo. quo vis utere  
 Duce me: duobus omnis eligitur via.  
 Perire sine me non potes; mecum potes.  
 Heic alta rupes arduo surgit jugo,  
 Spectatque longe spatia subjecti maris.  
 Vis hanc petamus? nudus heic pendet sillex;  
 Heic scissa tellus faucibus ruptis hiat.  
 Vis hanc petamus? heic rapax torrens cadit,  
 Partesque lapsi montis exelas rotat.  
 In hunc ruamus, dum prior, quo vis, eo;  
 Non deprecor, non hortor, extingui cupis,  
 Votumque, genitor, maximum mors est tibi;  
 Si moreris, antecedo: si vivis, sequor.  
 Sed flecte mentem; pectus antiquum advoca;  
 Victasque magno robore ærumnas doma.

## Resi-

abnuentem. Statim idem Flor. prærupta appetis, non expetis. Gronovius.

64. Quovis utere. Duce me. duobus. Bene Lipsius: Duce me. duobus. Sed non est necesse, quovis vertere, quod in scripto apparuit. Itaque sagax amicus ejus, se unius litera additione & interpunctorum transpositione (quasi non fecisset idem Lipsius) reddere ait hæc clariora: quovis utere Duce me. Duobus. At Scaliger: quovis vertere. Duce me. duobus. omnis eligitur via. Quis non miretur? Duce me. duobus, explicat, elige de duobus, sive in præceptis, sive in plana, omnis via mihi eligitur. Quis ita loquitur? nisi urnam in præceptu habuit Antigone, ex qua Oedipus planum aut præceptis forte duceret. Recte se habet, quod nunc editur è conjectura Lipsii, totumque exstat in Etrusco: quovis utere Duce me. duobus, &c. Duobus autem indefinitum pro nobis aut ceteris duobus vel ambobus Senecam dicere solere ad Philosophumena ejus notavimus. Idem.

70. Tellus. Rectius; tellurem, dixit notanda hiatus profunditati, nam

terra, proprie ipsa superficies, à terendo: tellus, interior & penitus pars, quæ arborum radices sinu suo fovet & amplectitur, juxta quosdam. Delrius.

71. Rapax. Proprium torrentis epithetum. Lucretius & Virgilius fluvios rapaces dixerunt. Delrius. Torrens. Torrens, inquit Festus, significat fluvium subitis imbribus concitatum; qui alioquin siccitatebus exarescit. Græce, teste I. C. dicitur ἄραξις, ἢ ἰ. D. de flumin. Idem.

74. Non deprecor. In utrumque parata, non dissuadeo. Farnabius.

78. Villa (quæ magno pectore) O. Seneca, ubique iniquus Vindocino Cicerone, hic tandem appellare hominem sustinet. Displicuit merito Lipsio post pectus præcedenti versu nominatum, cuius hic positum pectore. in Ms. manifeste fuisse aliam vocem, quæ crassa subjectum pectore. quaerit, numquid ea fuerit robore? Oppugnat hoc Florentis infeliciter Delrio secundo, & non de nihilo repetitum vocabulum putant. Ecce & Gruterus displicere quidem iterationem fateatur, sed, abijt, inquit,



Resiste, tantis in malis vinci mori est.  
*Oedip.* Unde in nefanda specimen egregium domo? 86  
 Unde ista generi virgo dissimilis suo?  
 Fortuna, credis? aliquis est ex me pius?  
 Non esset unquam (fata bene novi mea)  
 Nisi ut noceret. ipsa se in leges novas  
 Natura vertet; regeret in fontem citas  
 Revolutus undas amnis; & noctem afferet  
 Phœbea lampas; Hesperus faciet diem.  
 Ut ad miseras aliquid accedat meas;  
 Pii quoque erimus. unica *Oedipodæ* est salus,  
 Non esse salvum. liceat ulcisci patrem  
 Adhuc inultum. dextra quid cessas iners  
 Exigere pœnas? quidquid exactum est adhuc,  
 Matri dedisti. mitte genitoris manum,  
 Animosa virgo. funus extendis meum,

Reli-

in robore, merum conjectaneum, admittam: quis enim id præstabit germanum? Præstabit vir optime, codex Etruscus, qui sine ambiguitate: *Vilvasque magno robore arumna; doma.* Gron.

79. *Tantus in malis vinci mori est.* Sophocles in *Oedipo* Coloneo: *Μυγ, Νεισ* & *Αδρ τεισ*. Idem.

80. *Vnde* ] *Vnde tanta pietatis specimen in domo impia? Farnabius.*

84. *Nisi* ] Quod facit illa, mortem meam remorando. *Idem.* *Ipsa* ] Omnia prospera fiunt; & quod omnium maxime natura concitantum est, ego ipse quoque pius ero, ut misericor sum & nocentior. *Idem.*

87. *Phœbea*, Phœbus, Sol. *Idem.*

89. *Unica Oedipodæ est salus.* ] Sic & Florentinus. Mirifice vero hic Florenti satisfecit æmulus. Verba hujus ad versum 81. *Florens* sic: *Fortuna (credidit) aliquis est ex me pius, non male. Et mox optime: unica Oedipodæ est salus, more Græco producta media, ut postea versu 313. Hoc quum lege-*

Longasqu  
 Aliquand  
 Peccas ho  
 Patrem in  
 Nolentem  
 Occidere  
 Nec tamer  
 Malo imp  
 Desiste co  
 Meæ pene  
 Regnum n  
 Ensem pa  
 Ensem pa  
 Cum regn  
 Ibi sit. re  
 Sed uterq  
 Compone  
 Erectam

Lon-

rem, mirabar illum morem Græcum vocabulum *Oedipus* media producta ponendi. Insusio Florentem: nihil apud eum tale invenio. Sed ad v. 313.

*Hic Oedipus & Egæa* More Græco (annotat) *Oedipus* producit ultimam syllabam, est enim *Οὐδῖπρος*. Vide quam diligens fuerit, qui tres horas Vindocinæ Critico toties exprobat. Illi vers. 313. vocabulum *Oedipus* ultima producta Græco more posuisse Senecam scribit: hic quasi media producta versu 89. & 313. utroque viciatu poni scriptum ab illo accipit, & utrumque probat. Quin & ad versum 313. Græca terminatione ultimam & penultimam produxisse reperit. Quomodo, ô bone, penultimam? Spondæum igitur pro jambis, si diis placet, posuit *Grenovius*.

92. *Quidquid* ] *Etui* oculos expiaturus scelus in matrem, quæ oculis placebat meis. *Farnabius.*

94. *Funus* ] Qui jam dudum mortuus sum. *Illo enim die nocens moritur quo peccat.* *Idem.*

97. *Hæstis*

esse velis, *Farnabius.*

101. *Nectis*

peccat. *Invidis*

*occidentis.* *Idem.*

existimant *Seneca*

care eum qui

qui nolentem

dius, hunc

vius, cujus se

tur enim *Oedipus*

tissima. *Delphis*

lentem cogat

104. *Regis*

aliorum. *Idem.*

105. *Regis*

& voluntatis

nam hæc se

conferbat, p

tem; membra

esse profusus.

pulcherrima

lib. 1. cap.

cap. ult. *De*

97. *He-*



Longasque vivi ducis exequias patris.  
 Aliquando terra corpus invifum tege.  
 Peccas honesta mente. pietatem voças,  
 Patrem infepultum trahere. qui cogit mori  
 Nolentem, in æquo est, quique properantem impedit.  
 Occidere est, vetare cupientem mori.  
 Nec tamen in æquo est. alterum gravius reor.  
 Malo imperari, quam eripi mortem mihi.  
 Desiste cœpto, virgo. jus vitæ ac necis  
 Meæ penes me est. regna deserui libens,  
 Regnum mei retineo. si fida es comes,  
 Ensem parenti trade; sed notum nece  
 Ensem paterna. tradis? an gnati tenent  
 Cum regno & illum? faciet, ubicumque est, opus  
 Ibi sit. relinquo. gnatus hunc habeat meus,  
 Sed uterque. flammis potius & vastum aggerem  
 Compone. in altos ipse me immittam rogos.

Erectam ad ignes funebrem escendam struem,

**Pectus**

106. *Notum. nec* ] Quo patrem

107. *Honestâ] Dumpia & officiosa*

108. *Faciens, ubicumque est, scilicet]*

109. *Regnum mei retineo.] Animi*

110. *Stoicium.] Stoicium.] Stoicium.*

111. *Stoicium.] Stoicium.] Stoicium.*

112. *Erectam ad ignes.] Verfus de*

113. *Gruteri.] Gruteri.] Gruteri.]*

114. *Gruteri.] Gruteri.] Gruteri.]*

115. *Gruteri.] Gruteri.] Gruteri.]*

116. *Gruteri.] Gruteri.] Gruteri.]*

117. *Gruteri.] Gruteri.] Gruteri.]*

118. *Gruteri.] Gruteri.] Gruteri.]*

119. *Gruteri.] Gruteri.] Gruteri.]*

120. *Gruteri.] Gruteri.] Gruteri.]*

121. *Gruteri.] Gruteri.] Gruteri.]*

122. *Gruteri.] Gruteri.] Gruteri.]*

123. *Gruteri.] Gruteri.] Gruteri.]*

124. *Gruteri.] Gruteri.] Gruteri.]*

125. *Gruteri.] Gruteri.] Gruteri.]*

126. *Gruteri.] Gruteri.] Gruteri.]*

127. *Gruteri.] Gruteri.] Gruteri.]*

128. *Gruteri.] Gruteri.] Gruteri.]*

129. *Gruteri.] Gruteri.] Gruteri.]*

130. *Gruteri.] Gruteri.] Gruteri.]*

131. *Gruteri.] Gruteri.] Gruteri.]*



Pectusque solvam durum, & in cineres dabo  
 Hoc quidquid in me vivit. ubi saxum est mare?  
 Duc, ubi sit altis prorutum saxis jugum,  
 Ubi torta rapidus ducat Ismenos vada:  
 Duc, ubi feræ sint, ubi fretum, ubi præceps locus,  
 Si dux es. illuc ire morituro placet,  
 Ubi fedit alta rupe femifero dolos  
 Sphinx ore nectens. dirige huc gressus pedum,  
 Heic siste patrem. dira ne sedes vacet,  
 Monstrum repone majus. hoc saxum insidens  
 Obscura nostræ verba fortunæ loquar,  
 Quæ nemo solvat. quisquis Assyrio loca

mittam me, inquit, in rogos: si aliter non poterò ab cæcitate, eripam, &c. Gronovius.

115. Prorutum saxis jugum. Florent. prorutum. Tacitus lib. 2. annal. alios protuta arbores adfixere. Lib. 11. proruta terra motibus domus. Idem.

116. Vbi torta rapidus. Lipsius. Torta. Sane Mss. torva. Quod probare debebant esse spurium, inquit Cruturus, qui contextum inferunt, torta. At ille alterius sensum dare: nam aliud est torvos facie amnes *τορβοειδής*, aliud est *τορβα* vada fluviorum dicere. Nemo denique sic locutus est: neque potuit nisi etiam *cornigeræ vada* vel *cornigeras undas* pugnemus dici posse. Vossianus melior, *corva*. Suspiciari possis: Vbi *curva rapidus*. Ovidius: *Fluminaque obliquis cinxit declivâ ripis*. Idem.

119. Semifero dolos. Sphinx ore nectens. Non sentit auctor partim hominis, partim feræ vultu fuisse Sphingem, secus atque cæteris tradunt eorum *σφίγγος* *ἡμιάνθρωπος* habuisse: sed est hypallage & omnibus Poëtis & huic auctori frequentissima, *ἄνθρωπος* *ἡμιάνθρωπος* *Sphinx* *dolos* *ore* *nectens*. Ve centauro quoque & Tritones & monstra ejusmodi *semifera* dicuntur. Hippolytus: *si ille remeet arte Mopsopia potens*. Vbi allinunt, arte Dædali Atheniensis. Quis est igitur alius ille, qui

struxit labyrinthum, quam Dædalus; Immo ille arte Mopsopia potens dicitur, quasi esset, ille Mopsopus arte potens. hoc est, ipse Dædalus Atheniensis. Idem.

20. Sphinx ore nectens. Monstrum facie virginis, corpore volucris, pedibus leonis, quod in monte Sphingio prope Thebas residens viatoribus terror erat, nec habiturum finem, priusquam ænigma ab eo propositum quis solvisset. Scilicet quoddam animal mane quadrupes, meridie bipes, vesperi tripes esset. Quod Oedipus tandem de hominis infantia, juvenentis, senio interpretatus Sphingi perniciem, sibi Iocastam cum imperio Thebano prænitum (Iocasta fratre Creonte proponente) tulit. trisaria autem Sphingis fabula, vel monstrum fuisse ex dicta fabula, vel maritimum fuisse manum, quæ cum duce efferæ quadam muliere Bœotia montem occurreret, ab Oedipo delata est: vel denique notham fuisse filiam Laji edocam à patre oraculum de successione filiorum, quod ubi Oedipus solvisset illa ejecta Oedipo regnum debium traditum. Farnabius.

124. Assyrio. Cadmo ex Assyria advenæ, missò quaeritum sortorem Europam ab Agenore parte, Phœnicum rege. Idem.

Possessa  
 Serpente  
 Supplex  
 Spartem  
 Quicum  
 Colonu  
 Adverte  
 Luctific  
 Quid fin  
 Avi gen

125. Scin-

126. Serpente  
 Hercule. Fur  
 serpente v  
 mensus jug  
 veto intellig  
 rum suorum  
 Cadmus. O  
 Gronovius.  
 vina. hoc c  
 eleg. 18. &  
 Dirce] Dir  
 Antiope rep  
 pam à love  
 vidam in vin  
 commiserati  
 confugit, ul  
 peperit, qui  
 runt & Dirce  
 tam per sente  
 in fontem co

127. Supp  
 tiffimum est  
 ne Rurterfi  
 codice vifitu  
 & Quique l  
 sine scrupulo  
 quo Dirce lat  
 intelligatur i  
 te aquas eja  
 fuis: sacra qu  
 le. Postes eci  
 tuit. Flor. et  
 Eurotan] El  
 Farnabius.

125. Scin-



Possessa regi scindis, & Cadmi nemus  
Serpente notum, sacra quo Dirce latet,  
Supplex adoras, quisquis Eurotam bibis,  
Spartenque fratre nobilem gemino colis,  
Quicumque Elin & Parnason, & Bœotios  
Colonus agros uberis tondes foli;  
Adverte mentem; sæva Thebarum lues  
Luctifica cœcis verba committens modis,  
Quid simile posuit? quid tam inextricabile?  
Avi gener, patrisque rivalis sui,

130

Frater

125. Scindis, ] Arando fecas. Farn.

126. Serpente notum, ] Allinunt Hercul. Fur. vers. 392. ubi Cadmus in serpentem versus dicitur *Illyria permensus juga*. Sed nempe *Illyria*. Hic vero intelligitur serpens, quem sociorum suorum interfectorem punivit ipse Cadmus. Ovidius in *Metam. Gronovius. Sacra* ] Occulta, vel divina. hoc fontibus Propert. lib. 1. eleg. 18. & alii tribuunt. *Delrius. Dirce* ] Dirce Lycus rex Thebarum Antiopa repudiata duxit, quæ Antiopam à Iove in Saryrum converso gravidam in vincula conjecit, quibus illa commiseratione exuta in Cithæronem confugit, ubi Amphion & Zethum peperit, qui adulti Lycum interfecerunt & Dirce taurorum caudis alligatam per senes raptarunt, quæ tandem in fontem conversa est. Farnabius.

127. Supplex ad aras ] Quod potissimum est in felicissima emendatione Rutgersiana, perspicue in optimo codice visitur: nempe *Supplex adoras, & Quique Elin & Parnasson*. Itaque sine scrupulo sic restituumus. *Sacra quo Dirce latet* videtur ferri posse, ut intelligatur in secreta & umbrosa parte aquas ejaculari. Tentabat Rutgersius: *sacra quod Dirce lavat*. Non male. Posses etiam, *quo scæter*. id est, scaturit. Flor. etiam, *Eurotam*. Gronov. *Eurotan* ] Fluv. prope Lacedæmonia. Farnabius.

128. Spartenque fratre nobilem] Caffore &amp; Polluce. Idem.

129. Parnason, ] Montem Phocidos. Idem.

130. Tondes foli,] Hanc vocem Latini tralarione ad agros traxerunt, sicut apud Virgilium & Ovidium videre est, Græcos secuti; qui *κείρω* non hominibus modo aut pecotibus, sed & civitatibus, arboribus, fruticibus ac agris accommodarunt. Pindarus etiam longe alia in re: *ἐν λεχέων κείρειν μέλιθ' δὲα ποίω*. Delrius.

131. Sæva ] An Sphinx ipsa tam obscurum ænigma proposuit quam hoc meum est. Farnabius.

134. Avi gener,] Hæc Oedipi nuptiis competuit; *durius tamen dicitur patris mortui rivalis*. Farnab. Simile est illud in marmore Italico. **HERSYLUS HIC JACEO, MECUM MARULLA QUIESCIT, QUÆ SOROR ET GENITRIX, QUÆ MIHI SPONSA FUIT. VERA NEGAS, FRONTEMQUE TRAHIS, ENIGMATA SPHYNGIS CREDIS? SUNT PYTHIO VERA MAGIS TRIPODE. ME PATER E' NATA GENVIT, MIHI JUNGITUR ILLA; SIC SOROR ET CONJUX, SIC FUIT ILLA PARENS. Delrius. Patrisque rivalis sui: ] *Καὶ ἀγένης* est haud dispar illi apud Lucanum, ubi Iulia in somnis ad Pompeium lib. 3.**

M

Innupta



Frater suorum liberum, & fratrum parens;  
 Uno avia partu liberos peperit viro,  
 Ac sibi nepotes. monstra quis tanta explicet?  
 Ego ipse, victæ spolia qui Sphingis tuli,  
 Hærebo, fati tardus interpres mei.  
 Quid perdis ultra verba? quid pectus ferum  
 Mollire tentas precibus? hoc animo sedet,  
 Effundere hanc cum morte luctantem diu  
 Animam, & tenebras petere. nam sceleri hæc meo  
 Parum alta nox est. Tartaro condi juvat,  
 Et si quid ultra Tartarum est. tandem libet,  
 Quod olim oportet. morte prohiberi haud queo.  
 Ferrum negabis? noxias lapsæ vias  
 Cludes? & arctis colla laqueis inferi  
 Prohibebis? herbas, quæ ferunt letum, auferes?  
 Quid ista tandem cura perficiet tua?  
 Ubique mors. optime hoc cavit Deus.  
 Eripere vitam nemo non homini potest;  
 At nemo mortem: mille ad hanc aditus patent.  
 Nil quæro. dextra noster & nuda solet

135

140

145

150

Bene

*Innuisset tepido pellex Cornelia busto.* Et ipsa Cornelia ad Iuliam lib. 8. placataque pellice casa Magna parce tuo. Eodem modo inferus Oedipus: quid heic Manes meos detineo? Atqui illi proprie mortuorum, ut rivales vivorum. In declamatorum schola, quæ fingitur veneno interemisse filiam, ne collocaretur adultero matris, appellatur *generi adultera, filia pellex*, apud M. Senecam lib. 6. *controv. 6. Gronovius. Patriisque rivalis sui*: Verum quidem est, non statim rivalem dicendum, qui defuncti alicujus conjugem ducit. Nam hoc pacto Messala Corvinus, qui, defuncto Cicerone, Terentiam duxit, rivalis Ciceronis fuerit. At alia hic ratio est. Oedipus enim non simpliciter defuncto, sed occiso patre, matrem duxit. Atque eo præcipue aspe-

ctu eleganter hic Poëta rivalem eum & quasi *ἀντιπαρῶν* patris appellat. Pontanus.

137. *Ac sibi nepotes.* Flor. *Sibi & nepotes.* Gronovius.

141. *Animo sedet,* ] Presse sumit. Attius: *Sapimus animo, fruimus animam, sine animo, anima est debilis.* Nonius: *Animus est quo sapimus, anima qua vivimus.* Delrius.

144. *Nox est.* ] Oculorum erutorum. Farnab. *Tartaro*] Profundissimo inferorum loco. Hipp. v. 841. *Idem.*

146. *Olim*] *Infrâ* vers. 258. *Idem.*

153. *Mille*] Patent undique ad libertatem à necessitate vivendi viæ multæ, breves, faciles, inedia, captis in parietem illis, spiritus retentio, &c. Notum est illud Martialis epigr. de Bruti Porcia. *Idem.*

§ 57. Non

Bene animi  
 Toto dolo  
 Non destitit  
 Totus nocet  
 Effringe co  
 Evelle. to  
 Fractum in  
 Lacerave  
 Aut dirige  
 Rescissa m  
 Hac extrah  
 Et tu, pare  
 Adstas me  
 Ulla expia  
 Umquam,  
 Nec me re  
 Volui peri  
 Nunc solv  
 Ades, atq  
 Magisque  
 Libavit ha  
 Eduxit oc

157. Non  
 eruentis.

165. *Hac ext*  
 qui quam ferra  
 manu extraxit  
 manu indignam  
 retur, manus e

169. *Ista m*  
 test explicari,  
 nere, ut vivo c  
 tuo loquitur.  
 se: nec ista no  
 tate. Supra: n  
 alta nox est.

170. *Mem*  
 membrorum  
 sionem. Farn

172. *Infe*



Bene animus uti. dextra nunc toto impetu, 155

Toto dolore, viribus totis veni.

Non destino unum vulnēri nostro locum.

Totus nocens sum. qua voles, mortem exige.

Effringe corpus. corque tot scelerum capax

Evelle. totos viscerum nuda sinus. 160

Fractum incitatis ictibus guttur sonet;

Lacerave fixis unguibus venæ fluant.

Aut dirige iras, quo soles. hæc vulnera

Rescissa multo sanguine ac tabe irriga.

Hac extrahe animam, duram, inexpugnabilem. 165

Et tu, parens, ubicumque pœnarum arbiter

Adstas mearum (non ego hoc tantum scelus

Ulla expiari credidi pœna fatis

Umquam, nec ista morte contentus fui,

Nec me redemi parte: membratim tibi 170

Volui perire) debitum tandem exige:

Nunc solvo pœnas; tunc tibi inferias dedi:

Ades, atque inertem dexteram introrsus preme,

Magisque merge. timida tum parvo caput

Libavit haustu, vixque cupientes sequi 175

Eduxit oculos. hæret etiam nunc mihi

Ille

157. Non destino ] Vt in oculis eruendis.

165. Hac extrahe animam, ] Epist. 70. qui quam ferro non emiserat animam, manu extraxit. De providentia: animam indignam, que ferro contaminaretur, manu educit. Gronovius.

169. Ista morte contentus ] Sane potest explicari, quia passim de se, ut funere, ut vivo cadavere, ut partim mortuo loquitur. Suspiceor tamen scripsisse: nec ista nocte contentus fui. i. cæcitate. Supra: nam sceleri hac meo Parum alta nox est. Idem.

170. Membratim ] Paulatim per membrorum aliorum post alia amissionem. Farnabius.

172. Inferias ] Oculorum sangui-

nis libamen, veluti inferias umbræ tuæ. sunt autem inferia sacra quæ Diis manibus inferuntur, unde & nomen iis inditum, ad placandas sc. defunctorum animas tumulis superfusa. infundebant autem lac, mel, aquam, vinum, oleum. Inferimus tepido spumantia cymbia lacte. quin & flores spargebant, vide Troad. 374. Farnabius.

174. Caput ] Oculum è capite. Id.

175. Libavit ] Laribus & familiæ diis prima in festis conviviis libamina fiebant, effuso in terram vini pauxillo, ut & dapum parte in focum injecta. Thyeist. vers. 381. Idem.

176. Vix eduxit ] Necfortiter peregit institutum. Idem.



Ille animus, hæret; cum recusantem manum  
 Pressere vultus. audies verum, Oedipe:  
 Minus eruisti lumina audacter tua,  
 Quam præstitisti. nunc manum cerebro induc. 180  
 Hac parte mortem perage, quæ cœpit mori.  
*Antig.* Pauca, ô parens magnanime, miserandæ precor  
 Ut verba gnatæ mente placata audias.  
 Non te ut reducam veteris ad specimen domus,  
 Habitumque regni flore pollentem inclyto, 185  
 Peto; ast ut iras tempore aut ipsa mora  
 Fractas remisso pectore ac placido feras.  
 Et hoc decebat roboris tanti virum,  
 Non esse sub dolore, nec victum malis  
 Dare terga. non est, ut putas, virtus, pater, 190  
 Timere vitam, sed malis ingentibus  
 Obstare, nec se vertere, ac retro dare.  
 Qui fata proculcavit, ac vitæ bona

Pro-

177. Ille ] Qui erat mihi timide  
 oculos eruenti. *Farnabius.*

178. Audies verum, Oedipe: ] Flor.  
 quoque, ut omnes Gruteri: audies.  
 Dicam tibi verum. Eorum, quæ se-  
 quuntur, verborum sensum dedimus  
 in Diatribæ cap. 49. Non tam fortes  
 fuerunt manustuæ ad etuendos ocu-  
 los quam fortis fuit animus ad eos sup-  
 plicio præstandos & exhibendos. Sæpe  
 hoc evenit, ut consilium sit fortius ex-  
 secutione. Ita Leonidas hortatur Spar-  
 tanos apud Iustinum, caveant, ne for-  
 tius mansisse quam dimicasse viderentur.  
 Repræsentatur hoc etiam in Oedipo:  
 Oculique vix se sedibus retinent suis. Et  
 rursus: at contra truces Oculi steterunt,  
 Et suam intenti manum Vltro insequun-  
 tur. vulneri occurrunt suo. hoc est, au-  
 dacter se præstant. Sic de Vultejî mi-  
 litibus Lucanus lib. 4. percussus est pec-  
 tōre ferrum Et jugulis pressere manum.  
 Vbi & belle posset legi, fuguli. Præ-  
 stare, ut epist. 4. C. Cæsar jussit Lepi-  
 dum Dextro tribuno præbere cervicem:

ipse Chærea præstitit. Epist. 40. intenti  
 securi subjectum præstantibus capu-  
 M. Seneca controv. 23. Est quadam  
 proxima innocentia verecundia præbere  
 se legibus. Gronovius. Quod si verum  
 dicam, animo non satis magno oculos  
 evulsi mihi. *Farnabius.*

181. Hac parte ] Oculos intellige.  
*Idem.* Qua cæpsi mori. ] Ita nepet  
 receptum de sententia doctorum vito-  
 rum. Editi antehac & Mss. vel cæpsi  
 vel cæpit. Scribe: qua cæpit mori.  
 Idem visum Gronovio fuerat. Gronov.

184. Specimen ] Decus infigne. *Farnabius.*

185. Flore ] Inclytè florentem. *Id.*

186. Tempore ] Quod etiam sæpe  
 imbecillis animi est medicina. *Idem.*

190. Dare ] Metaph. ab ignavis  
 militibus, cedere, fugere. *Idem.* Non est, ]  
 Mori enim fugientem paupertatem vel  
 amorem non est fortitudinis, sed ignavia.  
 Idem.

193. Qui fata proculcavit, ] Qui  
 mortem spernit, qui res prosperas ab-  
 jecti,

Projecit,  
 Oneravit  
 Quare ill  
 Utrumqu

jecit, adversa  
 le sane morte  
 ber, & quare  
 ra nihil differ  
 debet cum T  
 quia nihil dif

194. Proj  
 Mss. à cædo n  
 nam Crantor  
 stus. Martial  
 gnst uterque  
 verbum cum  
 tum cogitare  
 dir media lo  
 suos Oneravi  
 onerare, inq  
 facere quale  
 illum ingeni

ribus, domo  
 Cofinthioru  
 hac dejecta  
 deret, ex ma  
 tis hic gravis  
 aggravaretur  
 & onus ultro  
 eo opes, ho  
 nendo, cæci  
 filium indic  
 ceu video, n  
 bor deseruit  
 felicitas. Co  
 nullum est op  
 opus. Placui  
 ligeri: ipse  
 ut habeat  
 cui deo nullo  
 tem cupiat  
 bene vidit  
 sum cum in  
 dam. Prava  
 vitæ veterum  
 malis aque  
 diis nec voti  
 mo solatio



Projecit, atque abcidit, & casus suos

Oneravit ipse, cui deo nullo est opus,

Quare ille mortem cupiat, aut quare petat?

Utique timidi est. nemo contempfit mori,

Qui

jecit, adversas perferendas suscepit; ille sane mortem & vitam ex æquo habet, & querenti cur, cum mors à vita nihil differat, non moriatur, respondedit cum Thalete; ob hoc ipsum, quia nihil differt. *Farnabius.*

194. *Projecit atque abcidit,* ] Sic *Mill.* à cado nimirum. *Ovidius lib. 12. nam Crantoris alti Abcidit jugulo pectus.* *Martialis 3, 66. Abcidit vultus insit uterque sacros.* Quamquam idem verbum cum præpositione *Abs* geminatum cogitare possis, & scribere *Abscidit* media longa. *Gronovius.* Et casus suos *Oneravit;* ] Quid est casus suos onerare, inquit *Lipsius?* Respondeo, facere qualefecit *Oedipus.* Florentem illum ingenio, viribus corporis, moribus, domo & spe regni (nam *Polybi Cofinthiorum regis filius* credebatur) huc dejectat fortuna, ut patrem occideret, ex matre liberos procrearet. Satis hic gravis casus, etsi non aliunde aggravaretur. At ille pondus immane & onus ultro addidit, regnum, & cum eo opes, honores, potentiam depouendo, cæcitatem sibi inferendo, exsiliū indicendo. Quod sequitur, *ipse cæcæ video, nullo est opus,* in eo non labor deseruit homines doctos, deseruit felicitas. Cogitatum, *ipse, cæcæ video, nullum est opus;* &, *ipse scivitia nulla est opus.* Placuit tandem *Florentis & Scalligeri: ipse cæcæ deo.* Sed legendum est, ut habetur *Florentia: Oneravit ipse, cui deo nullo est opus; Quare ille mortem cupiat aut quare petat?* Nam hoc bene vidit *Scaliger* posteriorem versum cum interrogatione esse legendum. Prava erat atque impia obstinatio veterum, putantium in extremis malis atque extra spem positis nec diis nec votis indigere, idque pro ultimo solatio habentium. Sic apud *Ovi-*

dium *lib. 14. Agnon ex focis Diomedis; quid habet Cytherea quod ultra (Velle puta) faciat? Nam dum peiora timeantur, Est locus in voto: fors autem ubi pessima rerum est, Sub pedibus timor est, securaque summa malorum.* Sic *Callandra in Agamemnone: Equidem nec ulla cælitus placo prece: Nec si velint scire, quo noceant, habent.* Sic in *Troadibus Andromache* respiciens *Astyanacta: cogit hic aliqua deas. Adhuc rogare.* Ergo, cui deo nullo est opus, est, qui nihil habet, quod roget deos, qui cum spe & votis transegit. Atque huc intenderat etiam *Grotius*, qui adscripserat margini: *ipso cui Deo nil est opus.* Qui tamen & malebat cum *Lipio, mortem fugiat.* Sed non videtur momentum fuisse *Oedipus*, mortem tali homini fugiendam non esse: potius nec optandam aut desiderandam, nec sumendam aut manu faciendam. Hoc etiam *Scaliger*, hoc *H. Comelinus* viderunt. *Idem.*

196. *Quare* ] Cur ipse cupiat. i. optet ut mors ultro veniat, aut petat. i. vi illam sibi inferat. *Farnabius.*

197. *Contempfit mori, Qui concupiscit.* ] Sic pristinae editiones. *Lipianus* & quidam alii: *Qui non concupiscit.* Quod cum verbum impediatur, ex mente *Antigones* fecit *Lipianus, Qui non cupiscit,* in editione receptum. *Delrius: belle contempfit mori, Qui non cupiuit: parum belle.* Manus illustis: *non temnit mori Qui concupiscit.* Sed horum omnium nobis gratiam faciunt nobiles illæ membranæ *Etruscæ*, quæ altius ostendunt tolluntque ulcus: *Verumque timidi est. Nemo contempfit mori Qui concupiscit.* Totidem illæ literis. Nihil ultra desideras, quod addam. Est etiam. Iam magis liquet, bene retineri præcedenti versu cupiat.



Qui concupivit. cuius haud ultra mala  
 Exire possunt, in loco tuto est situs.  
 Quis jam deorum (velle fac) quidquam potest 200  
 Malis tuis adjicere? jam nec tu potes,  
 Nisi hoc, ut esse te putes dignum nece.  
 Non es; nec ulla peccus hoc culpa attigit.  
 Et hoc magis te, genitor, infontem voca,  
 Quod innocens es, diis quoque invitis. quid est 205  
 Quod te efferarit; quod novos suffixerit  
 Stimulos dolori? quid te ad infernas agit  
 Sedes? quid ex his pellit? ut careas die?  
 Cares. ut altis nobilem muris domum,  
 Patriamque fugias? patria tibi vivo periit. 210  
 Gnatos fugis, matremque? ab aspectu omnium  
 Fortuna te summovit: & quidquid potest  
 Auferre cuiquam mors, tibi hoc vitâ abstulit.  
 Regni tumultus, turba fortunæ prior  
 Abcessit à te iusta. quem, genitor, fugis? 215  
 Oedip. Me fugio; fugio conscientium scelerum omnium

Pectus,

nam hoc ad *ro velle* relatum, non ita placebat. Vtrumque, scilicet & optare & sumere mortem, timidi est. *Gronov. Contempfit*] Non vult mori qui optat. hic mortis fructus est, optare desinere. *Farnabius.*

198. *Cujus*] Deinde cuius miseria non possunt majores fieri; non est cur morte illas fugere velit. *Idem.*

205. *Innocens*] Per ignorantiam, neque enim nocens est qui sponte non est nocens. *Idem.*

207. *Quid te ad infernas agit. Sedes? &c.*] Divisione utitur, & membram rogat ac concludit. Cur vis mori? quid te à supetis locis pellit ad inferos? An ut diem non videas? non vides, sponte tua cæcus. tibi patriam fugias? jant es in ea nec es, vivum cadaver.

208. *Vt careas*] An ut luce careas?

jam cares, à te ipso excæcatus. *Farnab.*

214. *Turba fortunæ prior*] Hoc quoque frequentatum Seneca monuimus ad 3, de ira 8. Quod sequitur, habent scripti vulgares: *Abcessit ante iusta, non iusta*, ut *Comelinus* etiam notat. Lege cum optimo: *Abcessit à te iusta*. Mox, *quæ feci innocens*, idem ille, perinde ut *Lipianus*, contra quem *Flustra* disputat *Delrius*. Sed, inquit, cur se vocat conscientium scelerum, si innocentem ipse pronunciat? Respondeo, non se dicit nunc innocentem, sed ea fecisse innocentem, seu venisse ad scelerata se innocentem, hoc est, honesta mente, non deliberato, conscientium atque imprudentem: quæ tamen scelerata esse horrenda, quibus se tamen maculatum & inquinatum faciendò agnoscit. Vide *Sophoclis Oedipum Colon.* à veteri 1015. *Gronovius.*

Pectus,  
 Et dira  
 Ego ho  
 Prem  
 Ego lat  
 Almæ p  
 Nefand  
 Attrect  
 Per quo  
 Utinam  
 Manibu  
 Aditusq  
 Eruer  
 Quæ pa  
 Fugisse  
 Subinde  
 Donast  
 Non mi  
 Manes  
 Mistusq  
 Regnum  
 Et inge

217. *M*

cidit. *Farn*

222. *Al*

suis omnes

225. *Pa*

mibi horre

susciperim

occiderim

226. *V*

tus, & o

tympano,

natus. *Id*

227. *On*

qua. *Lucre*

*Gronovius*

230. *Pa*

*Farnabius.*

232. *Q*



Pectus, manumque hanc fugio, & hoc cœlum, & deos:  
 Et dira fugio scelera, quæ feci innocens.  
 Ego hoc solum, frugifera quo surgit Ceres,  
 Premo? has ego auras ore pestifero traho? 220  
 Ego laticis haustu satior? aut ullo fruor  
 Almæ parentis munere? ego castam manum  
 Nefandus, incestificus, execrabilis  
 Attrecto? ego ullos aure concipio sonos,  
 Per quos parentis nomen, aut gnati audiam? 225  
 Utinam quidem rescindere has quirem vias,  
 Manibusque adactis omne, qua voces meant,  
 Aditusque verbis tramite angusto patet,  
 Eruere possem, gnata: jam sensum tui,  
 Quæ pars meorum es criminum, infelix pater 230  
 Fugissem. inhæret ac recrudescit nefas  
 Subinde; & aures ingerunt quidquid mihi  
 Donastis oculi. cur caput tenebris grave  
 Non mitto ad umbras Ditis æternas? quid heic  
 Manes meos detineo? quid terram gravo? 235  
 Mistusque superis erro? quid restat mali?  
 Regnum, parentes, liberi, virtus quoque,  
 Et ingenii solertis eximium decus

Perie-

217. *Manumque* ] Quæ patrem occidit. *Farnabius*.  
 222. *Almæ* ] Terræ, quæ fructibus suis omnes alit. *Id.* *Castam* ] Tuam. *Id.*  
 225. *Parentis* ] Virumque nomen mihi horrendum; *parentis*, qui liberos susceperim ex matre; *gnati*, qui patrem occiderim. *Idem*.  
 226. *Vias*, ] Sensorii auditus meatus, & organa, sive nervus sit cum tympano, sive myrtinx, sive ær innatus. *Idem*.  
 227. *Omne, quo voces meant*, ] Flor. *qua*. *Lucretius*. *iter qua vox it in auras*. *Gronovius*.  
 230. *Parti* ] Ex incestu meo nata. *Farnabius*.  
 232. *Quicquid mihi Negastis oculi*. ]

Alcum dormiunt hic plaustra codicum. At pulcherrime vigil ille Tuscus: & aures ingerunt, quicquid mihi Donastis oculi. Nam *Donare* idem interdum est quod gratiam facere, remittere, concedere ne cui quid obveniat, occurrat, accidat, ne quid sustinere ac perferre necesse habeas. *Vt donare meum* Lucio vindicavimus: ut Marco, *Dono quod indicaverim*. Vide & ad versum 456. & lib. 3. *Obsterv. 23. Gron.*  
 235. *Manes* ] Animam meam jam dudum inferis debitam. *Farnabius*.  
 237. *Virtus* ] Fortitudo mea quæ verceribus sola virtus dicebatur, *av-  
 dpeia* ab *avng*, ut virtus à viro. *Idem*.  
 238. *Ingenii* ] Quo Sphynxis ænigma solvi. *Idem*.



Periere. cuncta fors mihi infesta abstulit.  
 Lachrimæ supererant. has quoque eripuit mihi. 240  
 Abfiste. nullas animus admittit preces,  
 Novamque pœnam sceleribus quærit parem.  
 Et esse par quæ poterit? infanti quoque  
 Decreta mors est. fata quis tam tristia  
 Sortitus unquam? videram nondum diem, 245  
 Uteri que nondum solveram clusi moras;  
 Et jam timebar. protinus quosdam editos  
 Nox occupavit, & noxæ luci abstulit.  
 Mors me antecessit. aliquis intra viscera  
 Materna letum præcoquis fati tulit: 250  
 Sed numquid & peccavit? abstrusum, abditum,  
 Dubiumque an essem, sceleris infandi reum  
 Deus egit. illo teste damnavit parens,  
 Calidoque teneros transiit ferro pedes,

240. *Hæc quoque eripuit mihi.* ] *Ma-*  
*lit Florens, eripuit mihi.* Non tulit  
 tacitum Delrius: frustra intrudunt,  
*eripuit*, invidis libris, inquit. Sane li-  
 bris vulgaribus: sed non unico illo  
 Florentino, qui plane, *eripuit*. Neque  
 adversatur, quod ipse manibus suis ef-  
 foderat oculos. Nam & ultro regno se  
 abdicarat, & patrem ipse occiderat;  
 eadem tamen etiam infesta: forti attri-  
 buit *Gronovius*. Et utis oculis. an &  
 cum his lacrymas? *Farnabius*.

243. *Infanti* ] Patet meus Lajus ab  
 oraculo præmonitus fore ut manu filii  
 periret, me, ut primum natus sum, fe-  
 ris exponendum servo tradidit. is me  
 perforatis plantis ad arborem suspen-  
 dit, ubi à pastore Polybi Corinthio-  
 rum regis Phorbante inventus serva-  
 tusque Metropæ reginæ donatus sum,  
 quæ me pro suo habuit. ego atrem ubi  
 idem consulto oraculo accepissem,  
 Corintho profugiens, ne falso credi-  
 tum patrem Polybum aliquando in-  
 terficerem, Phocidem adveni, ubi in  
 trivio de via contendens patrem infestus  
 interfeci. Oedip. 280. & 782. *Idem*.

247. *Protinus* ] Quam primum edi-  
 ti sunt, perimuntur aliqui: ego non-  
 dum natus morti addictus sum. *Idem*.

248. *Nox occupavit*, ] Vulgo nex,  
 non repugnabo, si quis volet ex v.l.  
 reponere nox. tum propter sequens  
*luci*, tum etiam quia Æschylo in Æ-  
 gamemni. & frequenter Catullo, Virg.  
 Horatio & Ovidio, nox mortem signi-  
 ficat. *Delrius*.

249. *Mors me antecessit.* ] Seneca  
 hoc esse intelligas ex paululum inver-  
 so epist. 61. *Qui latitant & torpent, sic*  
*in domo sunt, quomodo in conditro.*  
*Horum licet in limine ipso nomen mar-*  
*tori inscribas, mortem suam antecesserunt.*  
*Gronovius.* *Aliquis* ] Alii in  
 utero moriuntur, an forte quia pecca-  
 turi, ut ego? *Farnabius*.

250. *Præcoquis fati* ] Florentinus con-  
 firmat Mog. & cæterorum præcoquis.  
*Gronovius*.

252. *Dubiumque* ] *Embryonem*  
*Farnabius*.

254. *Transiit ferro pedes*, ] Sic  
 etiam Liphianus: & adsunt huic le-  
 gionti, si diis placet, notando *trami-*

Et in alta  
 Avibusq  
 Cruore  
 Sed qu  
 Mors qu  
 Genitor  
 Hoc alia  
 Sed mat  
 Teda squ  
 Te coge  
 Inusitatu  
 Quod es  
 Quod pa  
 Tuli pat

fero dictum  
 ptius, transi  
 prius in edi  
 busdam edi  
 defendi dub  
 admittant.  
 unum debeb  
 conjecturis.  
 tatis codex.

sacerdotes ve  
 ta parant.  
 transfixa.  
 cap. 26. quo  
 quoque plura  
 mordet. Vbi  
 Lib. 7. cap.  
 tu acu filum  
 lumella lib.  
 pari descrip  
 transiit  
 radice in se  
 seu subula.

256. Av  
 scripti: Av  
 hunc hiatu  
 avitū divin  
 scant in poss  
 tiquissimo  
 quis. Idem



Et in alta nemora pabulum misit feris, 255  
 Avibusque sœvis, quas Cithæron noxius  
 Cruore sæpe regio tinctas alit.  
 Sed quem deus damnavit, abjecit pater,  
 Mors quoque refugit. præstiti Delphis fidem.  
 Genitorem adortus impia stravi nece. 260  
 Hoc alia pietas redimet? occidi patrem,  
 Sed matrem amavi. proloqui hymenæum pudet,  
 Tedaſque noſtras. has quoque invitum pati  
 Te coge pœnas. facinus ignotum, efferum,  
 Inuſitatum effare, quod populi horreant, 265  
 Quod eſſe factum nulla non ætas neget,  
 Quod patricidam pudeat. in patrios toros  
 Tuli paterno ſanguine aſperſas manus.

Secele-

fero dictum eſſe, quaſi *transpro*. Liptius, *tranſtudis*, vel *tranſſit*: quorum prius in editione receptum. In quibusdam edit. *tranſſit*: quod poſſe defendi dubitanter Liptius ac Deltius adſtant. At, o boni, hoc erat, quod unum debebat defendi, procul habitis conjecturis. Sic enim ille primæ bonitatis codex. Ovidius lib. 2. Faſtor. *ſacerdotes veribus tranſſuta ſalienti Extra parant*. Sic enim Mſſ. ubi vulgo, *tranſſuta*. Cornelius Ceſtus lib. 5. cap. 26. *quo ſapius acus corpus tranſſuit, quoque plura loca injectum vinculum mordet*. Vbi etiam male ſollicitantur. Lib. 7. cap. 25. *tum qua nota ſunt, cuius acu ſilum ducente tranſſiuitur*. Columella lib. 6. de re ruſt. cap. 5. *media pars deſcripti orbiculi eadem ſubula tranſſiuitur, & ſic foramine prædiſta vadicula inſeritur*. Gronovius. Gladio, ſeu ſubula. *Farnabius*.  
 256. *Avibus & avidis*, ] Vulgares ſcripti: *Avibusque avidis*. Et fuere, qui hanc hiatum pati, fuere qui *Avibusque avidis* divinare poterunt. Conquieſcant in poſterum & cum omnium antiquiſſimo legant: *Avibusque ſœvis*, quos. Idem ſumat in ſequenti verſa

Deliani & Lipſiani *tinctas*, non *attractas*. Gronovius.  
 257. *Cruore*] Vt Actæonis & Penthei. *Farnabius*.  
 258. *Deus*] Apollo edito oraculo. *Idem*.  
 259. *Delphis*] Oraculo Delphico. *Idem*.  
 261. *Hoc alia*] Ironia. *Idem*.  
 262. *Hymenæum*] Nuptias *deſo* & *deus* *velis* & *virepon* & *trid* *virepon*. Vel à membranula illa, quæ virginibus in primo Veneris aditu rumpitur. alii ad hitoriam de Hymenæo quodam Argivo referunt & ab ejus (quod virginibus Atticis à Pelæſgis raptis præſtiterat) ſubſidio inſtitutum ferunt hymnum, qui Hymenæus dicitur, qualiſ Romanis Thalafſio. *Idem*.  
 263. *Tedaſque*] Faces quinque, in nuptiis adhibitas, ut & in factis, è teda arbore de larium genere, & qua ſucceus pice liquidior. Vide infra v. 507. *Idem*. *Hæc quoque invitum pati Te coge pœnas*. ] Tale, quale Ovidii in perſona Lucretiæ: *Hoc quoque Tarquinio debemus, eloquar, inquit, Eloquar infelix dedecus ipſa meum*. Gronov.  
 264. *Pœnas*] Vt audias quod meminiffe horret. *Farnabius*.



Scelerisque pretium majus accepi scelus.  
 Leve est paternum facinus. in thalamos meos 270  
 Deducta mater, ne parum scelerum foret,  
 Fecunda. nullum crimen hoc majus potest  
 Natura ferre. si quod etiamnum est tamen;  
 Qui facere possent, dedimus. abjeci necis  
 Pretium paternæ sceptrum, & hoc iterum manus 275  
 Armavit alias. optime regni mei  
 Fatum ipse novi: nemo sine sacro feret  
 Illud cruore. magna præfagit mala  
 Paternus animus. jacta jam sunt femina  
 Cladis futuræ. spernitur pacti fides. 280  
 Hic occupato cedere imperio negat:  
 Jus ille, & iſti fœderis testes deos  
 Invocat, & Argos exul atque urbes movet  
 Graias in arma. non levis fessis venit  
 Ruina Thebis. tela, flammæ, vulnera. 285  
 Instant, & iſtis ſi quod eſt majus malum;  
 Ut eſſe genitos nemo non ex me ſciat.  
*Antig.* Si nulla, genitor, cauſa vivendi tibi eſt,

Hæc

271. Ne parum ſclerum foret, Fœcunda. ] Flor. ſclerū. Ovidius in 2. met. Scilicet hoc etiam reſtabat adultera, dixit, Vt fœcunda foret. Gronovius.

272. Fecunda. ] Quatuor enim Oedipo peperit liberos: mæſcul. Eteoclem, Polynicem: femin. Antigonem, Iſmenem. Farnabius.

274. Qui facere poſſent, ] Filios, qui ſcientes peccare velint. Idem. De Eteocle & Polynice loquitur: quos Euripides, Ovidius, Seneca & Papi-nius Oedipi & Iocæſtæ filios fuiſſe ſcripſerunt, ſed hoc reſellit, in Boæticis Pauſanias, freus teſtimonio auctoris Oedipodiorum carminum, contēditque illos Oedipi ex Euryganea filios fuiſſe. Delrius.

276. Regni ] Herc. Fur. verſ. 385. Farnabius.

277. Sacro ] Execrando, impie ſo. Idem.

280. Pacti ] Vt alternis annis te-gnarent. Idem.

281. Hic occupato ] Eteocles. ſup. verſ. 56. Idem.

282. Ille, ] Polynices verſ. 58. Id. Iſti fœderis ] Fœdus icere, ferire, percutere dicitur à caſo porco, ut Livius; porca, ut Virgilio & Suetonio: ſed & Cic. 2. de leg. Porco femina piaculum dare dixit. In ſacris vero plus valere fœminas vicimas obſervatum eſt. In fœdere itaque Fœccialis ſive ſacerdos porcum ſilice feriens dicebat; Iupiter ſic populum qui fœdus non ſervavit, ferito, ut ego hunc porcum ferio, tantoque magis ferito, quanto magis potens pollensque eſt, & à porco fœde & crudeliter caſo Servius fœdus dici vult. Idem.

293. Fœ-

Hæc una  
 Graviter  
 Avertere  
 Inhibere  
 Patriæ q  
 Vitam ti  
 Oedip. Il  
 Avidis c  
 Diris, ſc  
 Certant  
 Ducunt,  
 Nefaliqu  
 Non pat  
 Non pat  
 Scio qu  
 Ideoque  
 Morique  
 Nocent  
 Fles adv  
 Unum h  
 Invictus  
 Mollire  
 Docere  
 Quod te  
 Hic Oe  
 Jubente  
 De mor  
 Excipie

293. Fœ-

294. M-

297. M-

308. Vn-

pietatem,



Hæc una abunde est, ut pater gnatos regas  
Graviter furentes. tu impii belli minas 290

Avertere unus, tuque vecordes potes

Inhibere juvenes, civibus pacem dare,  
Patriæ quietem, foederi læso fidem.

Vitam tibi ipse si negas, multis negas.

Oedip. Illis parentis ullus aut æqui est amor, 295

Avidis cruoris, imperii, armorum, doli,

Diris, scelestis; breviter ut dicam, meis?

Certant in omne facinus, & pensi nihil

Ducunt, ubi illos ira præcipites agat:

Nefasque nullum, per nefas nati, putant. 300

Non patris illos tangit afflictæ pudor,

Non patria. regno pectus attonitum furit.

Scio quo ferantur, quanta moliri parent:

Ideoque leti quæro maturi viam,

Morique propero, dum in domo nemo est mea 305

Nocentior me. gnata, quid genibus meis

Fles advoluta? quid prece indomitum domas?

Unum hoc habet fortuna, quo possim capi,

Inviçtus aliis. sola tu affectus potes

Mollire duos, sola pietatem in domo 310

Docere nostra. nil grave aut miserum est mihi;

Quod te sciam voluisse. tu tantum impera.

Hic Oedipus Ægæa tranabit freta,

Jubente te; flammæque, quas Siculo vomit

De monte tellus igneos volvens globos, 315

Excipiet ore; seque serpenti offeret,

Quæ

293. *Fœderi* ] Modo vers. 280. *Fœderis*.

294. *Multis* ] In bello perituris illo, quod tu vivendo inhibere poteris. *Idem.*

297. *Meis?* ] Impiis, utpote ex incestu genitis. *Idem.*

308. *Vnum* ] Te tuas preces, tuam pietatem. *Idem.*

313. *Oedipus* ] Græca terminatio-  
ne ultimam produxit. *Flor. Ægæa* ]  
Mare Europam ab Asia determinans.  
ab Ægæo, Thefei patre. *alii*, à sco-  
pulo, qui *ai 99's*, id est, capræ speciem  
præfert. *Idem.*

314. *Sicula* ] Ætna. vers. 80. *Herc.*  
*Fur. Idem.*

316. *Serpenti* ] Draconi vigili, qui  
suri



Quæ sæva furto nemoris Herculeo furit;  
Jubente te præbebit alitibus jecur,  
Jubente te vel vivet. ———

furit sævus propter aurea mala ab Hercule surrepta. vers. 237. Herc. Fur. Farnabius.

317. Furto nemoris ] Quia Hercules aurea mala custodiæ ejus commissa avertit. Lucretius: *Aureaque Hesperidum servans fulgentia mala, Asper, acerba tuens, immani corpore serpens, Arboris amplexus stirpem* — Lucanus: *Abstulit arboribus precium, nemorique laborem Alcides, passusque inopes sine pondere ramos, Restulit Argolico ful-*

*gentia pomæ tyranno.* Agrotas, in Libycis, ait, non pomæ fuisse, sed oves fulvi coloris: ortam vero fabulam ex ambigua significatione vocis *μήλα*. Delrius.

318. Præbebit ] Vt Tityus Herc. Fur. 755. Farnabius.

319. Jubente vivet. ] Flor. cum Lipsiano, & aliis: *Jubente te vel vivet.* Gronovius. Quod omni cruciatu majus. extremum enim malorum illi vita. Farnabius.

## ACTUS SECUNDUS.

NUNCIUS. OEDIPUS. ANTIGONE.

Nuncius à Thebanis missus Oedipum obsecrat, ut rediens componat filios, abnuvit Oedipus, & in sylvas se recipiens filius diras imprecatur.

Nunc. **E**xemplum in ingens regia stirpe edite, 320  
Thebæ paventes arma fraterna invocant,

Rogantque tectis arceas patriis faces.

Non sunt minæ, jam propius accessit malum.

Nam regna repetens frater & pactas vices

In bella cunctos Græciæ populos agit; 325

Septena muros castra Thebanos premunt.

Succurre; prohibe pariter & bellum & nefas.

Oedip. Ego ille sum, qui scelera committi vetem,

Et

320. Regia stirpe edite, ] Implet versum & Flor. *Exemplum in ingens regia stirpe edite.* Nec potest hic versus cum superiore hemistichio conglutinari, quia medius intervenit Chorus. Iustinus lib. 23. *Admirabilis utriusque rei casus in exemplum fuit.* Gron.

321. Paventes ] Paventes bella, te tuamque opem invocant. Farnabius.

324. Regna ] Supra vers. 282. & vers. 58. Idem.

326. Septena ] Castra septem dicunt, qui Adrastus, Tydeus, Polynices, Capaneus, Hippomedon, Amphiarus, Parthenopæus, qui singuli singulas portas Thebarum obsedere. Idem. Vide Aschylum, in tragœdia, Septem ad Thebas; ex qua nonnulla Seneca in hac tragœdia accepit. Delr.

328. Ego ille sum, ] Imo vero sceleratus cum sim Diisque iratis genitus, qui potius jubeam & doceam. Sui itaque detestata

Et abstinent  
Doceam  
Ego sum  
Me nunc  
Exhortor  
Agite o p  
Probate  
Superate  
Adhuc ju  
Sic estis  
Haud usi  
Ferte ar  
Frugem  
Miscete  
Dejicite  
Templis  
Conflat  
Urbs co  
Incipiat  
Doloris

detestatione  
imprecatur.  
opinor, ha  
ex veteri li  
uterque frat  
ête sceptris  
solus Eteoc  
trem exule  
pactas vices  
ête mater  
non sum im  
Florens.

330. M  
erga prole  
Non minui  
juri & mo  
referas, m

333. Pa  
da, incesto

334. Cl



Et abstinere sanguine à caro manus  
 Doceam? magister juris & amoris pii 330  
 Ego sum? meorum facinorum exempla appetunt.  
 Me nunc sequuntur. laudo, & agnosco libens.  
 Exhortor, aliquid ut patre hoc dignum gerant.  
 Agite ô propago clara, generosam indolem  
 Probate factis; gloriam ac laudes meas 335  
 Superate: & aliquid facite, propter quod patrem  
 Adhuc juvet vixissè. facietis, scio.  
 Sic estis orti. scelere defungi haud levi,  
 Haud usitato, tanta nobilitas potest.  
 Ferte arma. facibus petite penetrales deos, 340  
 Frugemque flamma metite natalis soli.  
 Miscete cuncta. rapite in exitium omnia.  
 Dejicite passim mœnia, in planum date.  
 Templis deos obruite, maculatos lares  
 Conflate. ab imo tota confidat domus. 345  
 Urbs concremetur. primus à thalamis meis  
 Incipiat ignis. Antig. Mitte violentum impetum  
 Doloris, ac te publica exorent mala,

Auctor-

detestatione & stirpis odio diras natis  
 imprecatur. *Farnabius*. Præstat, ut  
 opinor, hæc lectio illi, quam Lipsius  
 ex veteri libro repræsentat. Nam si  
 uterque frater regno potiretur, tunc re-  
 Æte *sceptra committi* dicerentur. Sed  
 solus Eteocles sceptro occupato fra-  
 trem exulem tunc habebat neque in  
 pactas vices restitui sinebat. Itaque re-  
 Æte mater infra ad Polynicem — &  
*nondum imperas, Quid sceptra facient?*  
 Florens.

330. *Magister juris*] Rectè: amoris  
 erga prolem aut fratrem, vel parentes.  
 Non minus tamen elegans existimem,  
*juris & moris*. Ius ad scriptam legem  
 referas, morem ad natam. *Raphel*.

333. *Patre*] *Emphasis*. me partici-  
 da, incesto. *Farnabius*.

334. *Clara*,] Certe mea, vel Ico-

nice, ut & sequentia. *Farnabius*.

339. *Nobilitas*] In malam & in bo-  
 nam partem sumi potest; hic in malam  
 sumitur. *Deltrius*.

340. *Penetrales*] Penates Deos do-  
 mesticos, qui propè focum. Penatibus  
 enim cura æterni ignis credita, qui vi-  
 tæ symbolum. Sunt enim Penates per  
 quos penitus spiramus & animæ ratio-  
 nem habemus, quasi penes nos natos  
 dicas. *Thyelt* 773. *Farnabius*.

343. *Dejicite passim mœnia*,] *Flor*.  
*Disjicite*. Significat: *Disjicite*. *Virgi-*  
*lius* lib. 8. *Æn. duo præterea disjicite op-*  
*pida muris*. *Ovidius* lib. xii. *vel cum*  
*Lyrmesia primum Mœnia disjeci*. Vbi  
 etiam quidam codd. *dejeci*. *Gronov*.

344. *Lares*] Imagines Deorum do-  
 mesticorum aureas, argenteas, æreas:  
 ve incendiis conflata. *Farnabius*.

349. Pla-



Auctorque placidæ liberis pacis veni.  
*Oedip.* Vides modestæ deditum menti senem? 350  
 Placidæque amantem pacis ad partes vocas?  
 Tumes animus ira, fervet immensum dolor,  
 Majusque, quam quod casus & juvenum furor  
 Conatur, aliquid cupio. non satis est adhuc  
 Civile bellum. frater in fratrem ruat. 355  
 Nec hoc sat est. quod debet, ut fiat nefas  
 De more nostro, quod meos deceat toros;  
 Date arma patri. nemo me ex his eruat  
 Silvis: latebo rupis exesæ cavo,  
 Aut sepe densa corpus abstrusum tegam. 360  
 Hinc aucupabor verba rumoris vagi,  
 Et sæva fratrum bella, quod possum, audiam.

\* \* \* \* \*

349. *Placidaque* ] Mene invitas ad sedandas partium iras, ac si essem pacificus? Frustra. Tumes enim animus ira. *Idem.*

355. *Frater in fratrem* ] Has diras à Sophocle accepit: quibus respondit eventus. nam cum in fraterno duello Eteocles vulneratus corruisset, mortuum ratus Polynices, spolia lecturus

ei incubuit; ille assurgens gladio excepit & transfodit. sic in jacentem frater fratrem ruit. vide Statium lib. 11. Thebaid. *Delrius.*

357. *Quod meos* ] Immane & inauditum. *Toros;* ] Quo probent se ex me genitos. *Farnabius.*

361. *Hinc aucupabor* ] Captabo. *Idem.*

## ACTUS TERTIUS.

\* Ἀκὲφαλλο \* \*

JOCASTA. ANTIGONE. NUNCIUS.

*Jocasta* audito in procinctu stare utramque aciem prope fertur, filios  
 (si fieri possit) in gratiam reductura.

*Jocasta.* Felix Agave, facinus horrendum, manu  
 Qua fecerat, gestavit; & spoliū tulit

Cruen-

\* Ἀκὲφαλλο ] Multa desunt in fine præcedentis Actus. Deest etiam hujus Actus tertii principium. *Farnab.*  
 363. *Agave,* ] Penthei mater &

Bacchæ filium ejus Pentheum discernerunt. Sup. vers. 17. *Idem.* *Facinus* ] Thyrsio affixum caput Penthei. *Idem.*

365. Cruen-

Cruenta m  
 Fecit scel  
 Stelus ho  
 Feci noc  
 Peperi no  
 Ut & hos  
 Et tertia  
 Ut exul e  
 Profugus  
 Gener est  
 Quod cin  
 Septemq  
 Generi.  
 Regnum  
 Mala, sic  
 Utrumq  
 Pietate f  
 Optabo  
 Sed utru  
 Quo cau

365. Cruen-  
 ptum vitulo  
 faris, & lync  
 Agaven, ut r  
 Vide Apoll  
 Manas ] B  
 In partes da  
 366. Sen-  
 rius progres  
 ego. *Idem.*  
 encurrit. ]  
 occurrit. L  
 Lipsius, h  
 Ut apud lu  
 admonitio  
 vius.

368. No  
 reponit, q  
 est. sed &  
 augens pl  
 Hercul. P



Cruenta nati Mœnas in partes dati. 365  
 Fecit scelus, sed misera non ultra suum  
 Stelus hoc cucurrit. hoc leve est, quod sum nocens;  
 Feci nocentes. hoc quoque etiamnum leve est;  
 Peperi nocentes. deerat ærumnis meis,  
 Ut & hostem amarem. Bruma ter posuit nives, 370  
 Et tertia jam falce decubuit Ceres,  
 Ut exul errat gnatus, & patria caret,  
 Profugusque regum auxilia Graiorum rogat.  
 Gener est Adrahti, cuius imperio mare,  
 Quod cingit Isthmon, regitur. hic gentes suas, 375  
 Septemque secum regna ad auxilium trahit  
 Generi. quid optem, quidve decernam, haud scio.  
 Regnum reposcit. causa repetentis bona est;  
 Mala, sic petentis. vota quæ faciam parens?  
 Utrumque natum video. nil possum pie 380  
 Pietate salva facere. quodcumque alteri  
 Optabo nato, fiet alterius malo.  
 Sed utrumque quamvis diligam affectu pari;  
 Quo causa melior, forsque deterior trahit,

Incli-

365. Cruenta nati ] Perlius: Et raptum vitulo caput ablatura superbo Bassaris, & lyncem Menas flexura corymbis. Agaven, ut noster, Mœnadem appellat. Vide Apollodor. lib. 3. Bibl. Delrius. Manus ] Bacchis, à περὶ εὐδὸν furete. In partes dati. ] Discepti. Farnabius.

366. Sed misera ] Sed illa non ulterius progressa in alia incidit scelera, ut ego. Idem. Non ultra suum Scelus hoc cucurrit. ] Flor. non ultra suo Sceleri occurrit. Locus desperatus, utcumque Lipsius, hac cucurrit. An occurrit? Ut apud Iulianum lib. 18. neve amara admonitio oculis ejus occurrat. Gronovius.

368. Nocentes. ] Lipsius nocentem reponit, quia de Oedipode solo sermo est. sed & alias scelus indignanter adaugens pluralem pro singulari ponit Hercul. Fur. 285. Quin & Sophocl.

Πατριός de unico Oedip. & περὶ τῶν de Iocasta sola dixit; vel, feci nocentes me & Oedipum. Farnabius.

370. Hostem ] Polynici enim jus suum armis repetenti faveo. Idem.

371. Terria ] Hic Eutipidem sequutus inducit Iocastam tertio post anno quam incestum agnovit, viventem; cum in Oedipo, agnito facinore statim sibi mortem consciscat. Idem.

373. Profugusque ] Sup. vers. 58. & 326. Idem.

375. Quod cingit Isthmon, ] Livius lib. 5. Mari supero inferoque quibus Italia insula modo cingitur. In Flor. est Isthmos. Forte, Quod scindit Isthmos. Vel, scindit. Hercul. Fur. Et bina sindens Isthmos exilis freta. Gronovius.

379. Sic petentis ] Contra patriam arma externa inferentis. Farnabius.

385. Sem-

em?  
 cas?  
 or,  
 furor  
 uc  
 35  
 s;  
 36  
 am.  
 surgens gladio  
 fic in jacentem  
 de Statium lib.  
 ] Immane & ina  
 Quo probentur  
 bius.  
 upabor ] Capita  
 U S.  
 I U S.  
 ere fertur, f  
 m, manu  
 um tulit  
 Cruce  
 Pentheum dicit  
 17. Idem. For  
 um caput Pent  
 365. Cru



Inclinat animus, semper infirmo favens. 385  
 Miseros magis fortuna conciliat suis.  
*Nunc.* Regina, dum tu flebiles questus cies,  
 Terisque tempus, tota nudatis stetit  
 Acies in armis. æra jam bellum cient,  
 Aquilaque pugnam signifer mota vocat. 390  
 Septena reges bella dispositi parant.  
 Animo pari Cadmea progenies subit.  
 Curvo citato miles hinc illinc ruit.  
 Vide, ut atra nubes pulvere abscondat diem,  
 Fumoque similes campus in cœlum erigat 395  
 Nebulas, equestri fracta quas tellus pede  
 Submittit: & si vera metuentes vident,  
 Infesta fulgent signa: subrectis adest  
 Frons prima telis: aurea clarum nota  
 Nomen ducum vexilla præscriptum ferunt. 400

I, red-

385. *Semper infirmo favens.* ] Livius lib. 42. *Fama equestris pugna nudavit voluntates hominum: non enim solum, qui partis Macedonum erant, sed plerique ingentibus Romanorum obligati beneficiis lati eam famam exceperunt; non ob aliam causam, quam pravo studio, quo etiam in certaminibus ludicris vulgus utitur, deteriori atque infirmiori favendi.* Quintil. declam. 5. *Hunc primus nascendi locus, &c. quosdam magis severitas probitasque commendat: in quibusdam diliguntur impatientius calamitates: & damna corporum debilitatesque membrorum notabilius miseratione complectimur.* Gronovius. *Infirmo* ] Polynici. Sup. vers. 370. *Farnabius.*

388. *Tota nudatis stetit* ] Flor. *salva nudatis adest Acies in armis. Videtur monstrare, seiva.* Pro Nuncio autem idem codex & in fronte scenæ & perillam ponit, *SATELLES, & SAT.* In eadem fronte apponuntur *POLYNICES, ETEOCLES.* quæ duæ personæ in sequentem scenam trahuntur, ubi vulgo male *Eteocles* omittitur. *Gronovius.*

389. *Æra* ] *Tuba.* *Farnabius.*

390. *Aquilaque* ] Romano more vexillum Aquilam vocat Poëta, forte & Græci habuerunt. nam & Persæ, à quibus Romani, aquile usum sumptere. *Idem.*

391. *Septena* ] Hi septem Reges, Adrastus (teste Tyrtæo, linguâ mellifluâ) Amphiaræus, Parthenopæus, Tydeus, Capaneus, Hippomedon, Polynices: his Thebani totidem opposuere duces; qui, Creon, Eteocles, Ammon, Hypseus, Eurymedon, Dryas, Menœceus. *Delrius.*

392. *Cadmea* ] Thebani à Cadmo orti. *Farnabius.*

394. *Atra* ] Pulveris ab equitatu excitati. *Idem.*

399. *Frons* ] *Acies instructa.* *Idem.* *Aurea* ] Aureis characteribus. Non enim solum ducum nomina aureis litteris ferebant in vexillis, sed & signum cum minis insertis. *Idem.*

400. *Vexilla* ] *Paulus* ex Festo, *vexillum* inquit, diminutivum à *velo.* videntur autem vexilla fuisse proprie vela, seu flammulae illæ, quæ etiam

nunc

I, redde a  
 Et impia  
 Antig. Per  
 Compe  
 Nudum in  
 Aut solve  
 Joc. Ibo, i  
 Stabo inte  
 Petat ante  
 Rogante  
 Incipiat à  
 Tenebo.  
 Aut si alic  
 Non fiet u  
 Vicina fig  
 Scelus in  
 Et ecce m

nunc hodie equ  
 ne Vegerius lib  
 tum alas dici v  
 velis, id est, fl  
 penie ad verbu  
 milit. qua de re  
 de verb. signific  
 thesauri luris  
*Delrius.*

402. *Matri*  
 num hoc pos  
 quum habere  
 editum, mat  
 Græterus, h  
 ri modum  
 ipsam sic au  
 diunt Floren  
 branz. *Gron*

403. *Perge*  
 constitunt se  
 pareas cum si  
 filii. Alii tri  
 enim, ut aiun  
 jam Thebis di  
 prece, nec vi



I, redde amorem fratribus, pacem omnibus;  
Et impia arma mater opposita impedi.

*Antig.* Perge, ô parens, & concita celerem gradum;

Compesce tela, fratribus ferrum excute.

Nudum inter enses pectus infestos tenē.

405

Aut solve bellum, mater, aut prima excipe.

*Joc.* Ibo, ibo, & armis obvium opponam caput.

Stabo inter arma, petere qui fratrem volet;

Petat ante matrem. tela, qui fuerit pius,

Rogante ponat matre: qui non est pius,

410

Incipiat à me. fervidos juvenes anus

Tenebo. nullum teste me fiet nefas.

Aut si aliquod & me teste committi potest,

Non fiet unum. *Antig.* Signa collatis micant

Vicina signis: clamor hostilis fremit:

415

Scelus in propinquo est: occupa, mater, preces.

Et ecce motos fletibus credas meis;

Sic

num hodie equitibus præferantur. Sa-  
ne Vegetius lib. 2. cap. 1. scribit, equi-  
tum alas dici vexillationes, ab eo quod  
velis, id est, flammulis utantur. idem  
pene ad verbum Modestus in lib. de re  
milit. qua de re consule B. Brissonium  
de verb. signific. lib. 19. & P. Præteium  
de thesauri Iuris Civilis & Canonici l. 20.  
*Delrius.*

402. *Matris oppositu impedi.* ] Mi-  
num hoc potuisse placere Florenti,  
quum haberet in promptu jam etiam  
editum, *mater opposita.* Sed, inquit  
Gruterus, hoc est præscribere auctori  
modum loquendi. Non est: nam  
ipsam sic auctorem locutum fidem faci-  
entem Florentinæ & Vossianæ mem-  
brant. *Gronovius.*

403. *Perge,* ] Veteres lib. novam hic  
constituunt scenam. *Parens.* ] Quam,  
parens cum sis, discordes revercantur  
filii. Alii tribuunt hæc *Nuncio,* non  
enim, ut aiunt, verisimile est, ut hæc  
jam Thebis dicat Antigone, quæ nec  
prece, nec vi à patre avelli poterat, qui

in Cichæronis sylvæ. Sed minus recte.  
Sunt enim verba minus decora, magis  
que pathetica, quam ut conveniente  
nuncio. Ne autem miremur filiam de-  
seruisse patrem, ut succutiret fratri-  
bus: sic requirit pietas, ut sceleris  
renunciaret Oedipus: unde est supra  
vers. 319. *Tubente vivet.* Item v. 361.  
*Hinc aucupabor, &c.* Farnabius.

405. *Nudum* ] Quod nutritionis il-  
los admoneat. vers. 447. infra. *Idem.*  
*Pectus* ] Aut primum bellum ex-  
cipe. *Idem.*

408. *Petere* ] Ferro. *Idem.*

412. *Teste* ] Me videntem.

413. *Aut si quod & me teste* ] *Et utri-  
scus: Aut si aliquod & me.* Gronovius.

414. *Non fiet unum.* ] Nam & ipsa  
una peribit. Farnabius. *Signa* ] *Quæ  
tria. Muta ut vexilla; vocalia, quæ vol-  
ce humana; semivocalia, quæ classi-  
co; tuba, buccina dantur.* *Idem.* Et  
hæc *Nuncio* adscriptisere nuperæ edd.  
mea sententia minus recte.

417. *Es ecce motos* ] *Ista & sequen-*



Sic agmen armis segne compositis venit.  
 Procedit acies tarda, sed properant duces.  
*Joc.* Quis me procellæ turbine insanæ vehens 420  
 Volucer per auras ventus ætherias aget?  
 Quæ Sphinx, vel atra nube subtexens diem  
 Stymphalis, avidis præpetem pennis feret?  
 Aut quæ per altas aëris rapiet vias  
 Harpyia, sævi regis observans famem, 425  
 Et inter acies projiciet raptam duas?  
 Nunc. Vadit furenti similis, aut etiam furit,  
 Sagitta qualis Parthica velox manu  
 Excussa fertur; qualis infano ratis  
 Premente vento rapitur; aut qualis cadit 430  
 Delapsa cælo stella, cum stringens polum  
 Rectam citatis ignibus rumpit viam;  
 Attonita cursu fugit, & binas statim  
 Diduxit acies. victa materna prece

Hæse-

tia nuperæ edd. attribuant Iocasta. inepte, inepte. nec tale quid patitur votum sequens: ex quo pater matrem longius adhuc abfuisse ab exercitu. scilicet Antigona ab exercitu ad matrem cucurrit, eam è gynæceō produxit in publicum, hæcque appositissimè loquitur, sub conspectum armorum. *Grus.*

422. *Sphinx.* ] Monstrum facit virginis, corpore volucris, pedibus leonis. Vide sup. vers. 120. *Farnabius.* *Atra* ] Solem obscurans alis expassis. *Hercul. Fur.* vers. 1182. *Idem.*

423. *Stymphalis.* ] Aves à Stymphalo Arcadiæ palude sic dictæ. vide *Hercul. Fur.* & 243. *Idem.*

425. *Sævi regis* ] Phineï, vers. 153. *Thyest.* *Idem.*

427. *Vadit furenti similis.* ] Similes sensus apud Ciceronem ad *Quintum*: ego vero facile patior *Cæsarem* existimare, illum quam maximum fuisse plausum: Et prorsus ita fuit. *Virgilium* que lib. 6. *Aneid.* qui surgere mensæ. *Aut videt aut vidisse putat per sidera*

*lunam.* Et *Ovidium* lib. 6. met. *pennis pendere putares: Pendebant pennis.* Lib. 8. *Aut dedit aut visus genuit est ille dedisse Stipes.* Lib. 9. *modo curra micantia captat Aut captare pater.* Lib. 13. *utinam aut verus furor ille aut creditus esset.* *Seneca* epist. 114 *Siferit, aut quod furori simile est, irasitur.* *Tacitus* lib. 16. *annal. Crederes latari, Et sirtasse latabantur per incuriam publici flagitii.* *Silius* lib. 16. *Nec frustra aquare videtur Aut etiam æquavis jugo præcedentia.* *Gronovius.*

428. *Sagitta* ] *Thyest.* vers. 389. *Farnabius.*

430. *Premente* ] *Vergente* à puppi secundo vento. *Idem.*

431. *Delapsa* ] *De cælo lapsa sereno, Quæ si non cecidit potuit cecidisse videri.* Est autem exhalatio superius inflammata deorsum decurrens, ut cadere videatur. *Idem.* *Stringens* ] *Acta* dividens. *Idem.*

433. *Binas* ] *Inter utramque aciem* confilit. *Idem.*

438. Omni

Hæfere be  
 Illinc & hi  
 Vibrata de  
 Paci fave  
 Cessatque  
 Laniata ca  
 Rogat abr  
 Negare m

438. Omni  
 que telum, ] V  
 guendum olim  
 etiam nobis in  
 Cessatque telu

Jocasta utrum  
 Et amore

In me an  
 Unam p  
 Animosa  
 Descendi  
 Hunc pet  
 Hæc men  
 Ego utru

444. Ab I  
 cho quondam

447. *Frater*  
 tres *Oedipo.*

448. *Mea*  
*dæmonios.*  
*novius.*

449. *Pennis*  
 ex equo mihi  
 cum invenire  
 teras lege dai  
 aquo dextras  
 impressos, V  
 trati matri d



Hætere bella, jamque in alternam necem  
 Illinc & hinc miscere cupientes manum,  
 Vibrata dextra tela suspensa tenent.  
 Paci favetur. omnium ferrum latet  
 Cessatque tectum, vibrat in fratrum manu.  
 Laniata canas mater ostendit comas;  
 Rogat abnuentes: irrigat fletu genas,  
 Negare matri, qui diu dubitat, potest.

438. Omnium ferrum latet Cessat-  
 que tectum, ] Ut legendum & distin-  
 guendum olim censuimus, repertum  
 etiam nobis in castissimo librorum:  
 Cessatque tectum. Vibrat in fratrum  
 manu. Significat solos fratres adhuc  
 in dextris strictos, habere gladios, ce-  
 teros in vaginas eos condidisse. Vide  
 Diatribæ cap. 41. Gronov. In vaginas  
 reconditi gladii non vibrantur. *Æarn.*

ACTUS QUARTUS.

JOCASTA. POLYNICES. ETEOCLES.

Jocasta utramque filium serio precatur, ut similitate postea in gratiam  
 & amorem redire velint. Polynices impie respondet.

In me arma & ignes veritate in me omnis ruat  
 Unam juventus; quæque ab Inachio venit  
 Animosa muro; quæque Thebana ferox  
 Descendit arce. civis atque hostis simul  
 Hunc petite ventrem, qui dedit fratres viro.  
 Hæc membra passim spargite, ac divellite:  
 Ego utrumque peperit. ponitis ferrum ocuis

444. Ab Inachio ] Ab Argis, Ina-  
 cho quondam regnatis. *Æarnabius.*  
 447. Fratres ] Natos eodem & fra-  
 tres Oedipo. *Idem.*  
 448. Mea membra passim ] Flor.  
 δεξτερῶς. Hac membra passim. *Geo-  
 novius.*  
 449. Ponitis ferrum ocuis Ac dico &  
 ex aquo mihi ] Sic scribunt fecisse N.  
 cum inveniret in Basileens. ex quo dex-  
 teras lege datus; Mogunt & Lugd. ex  
 aquo dextris matris datus. Sed veteres  
 impressos, Venæ & Herbip. ex aquo dex-  
 tras matris datus. retinere se tamen in-

An  
 nominati sui lesionem, quia vestri  
 consona, non quia melior alius. Bene  
 diffidunt. Nos in quibusdam reperimus:  
 An dico & ex aquo dextris matris  
 datus vel date. Hac omnia plus aut  
 minus divertunt ab eo; quod habet  
 Ætærcus: Ego utrumque peperit. ponitis  
 ferrum ocuis? An dico & ex quo dexte-  
 ras matris date. An expectatis donec  
 & vestrum & meum pudorem pro-  
 dam, & cædam, ex quo vos pepererim.  
 nempe, & ipso filio meo. *Idem.*  
 An deponitis arma dicto citius? *Farnabius.*



Audico &, ex quo? dexteras matri date. 450  
 Date, dum pia sunt. error invitos adhuc  
 Fecit nocentes. omne Fortunæ fuit  
 Peccantis in nos crimen. hoc primum nefas  
 Inter scientes geritur. in vestra manu est,  
 Utrum velitis. sancta si pietas placet, 455  
 Donate matrem pace. si placuit scelus,  
 Majus paratum est. media se opponit parens.  
 Proinde bellum tollite, aut belli moram.  
 Sollicita nunc cui mater alterna prece  
 Verba admovebo? misera quem amplectar prius? 460  
 In utramque partem ducor affectu pari.  
 Hic absuit. sed pacta si fratrum valent,  
 Nunc alter aberit. ergo jam numquam duos,

451. *Pia sunt.* ] Nec fraterna cæde polluta. Farnabius.

452. *Omne* ] Quæ hæc tenus peccata sunt vel à me vel à patre vestro de origine vestra, fortunæ diræ imputanda sunt, adeoque ignorantia excusanda: vos primum scientes peccatis, an etiam volentes in vestra est potestate. *Idem.*

453. *Peccantis in nos, &c.* ] Ita malim: minusque habet invidia, si & se & maritum complectatur. Aliis placuit *in vos*: nec repugno, dummodo norint alterum propugnari à plerisque Mss. vix unum esse qui stet pro illo, *vps.* Gruterus.

456. *Donate matrem pace.* ] Retinuisse ait hoc Gruterus versus causa, expulso illo, *Donate matri pacem*, quod tamen occupet omnes membranas, injucundiore etiam vobum sonitu. At illud Scaligero ineptum, & hoc posulat sententia & libri Mss. Sed lex carminis repugnat, inquit ipse. Certe repugnat; nec unquam credam, ita impigisse vatem aut dedita opera violasse legem jamborum. Attamen omnes ita scripti, omnes. Quid expectas? Prodigiöse corrupta hæc tragædia, & in primis ultima pars, quæ *ἄλυσσι βεβή.* Venit in mentem hic fuisse:

*si pietas placet, Donate matri bella*: eodem sensu verbi *donare*, de quo ad vers. 253. monuimus; quem non affectus corrector, cogitans matrem intervenire pacificatricem, *pacem* ingessit *ἀντὶ τῆς βέλλας*: ut superius *Negasti pro Donastio*. Nihilis quam verisimilibus hæc mihi conjectura videtur, utcumque sit audacior. Frustra autem Gruterus laudat in sequenti è quatuor suis: *si placet scelus*. Nam in ea regione semper cavijambum ponere Seneca, & hoc verbum est ex iis, in quibus præteritum placet interdum pro præfenti. Statim Flor. *Sollicita nunc cui mater*. Gronovius. *Donate* ] Legitur &, *Donate matri pacem*, melius; nisi repugnaret lex carminis. Farnabius. *Si placuit* ] Si pergitis, & frater in fratrem ruit, non ea meta sceleri: majus superest, quia primum interficienda ego mater. Peri neuter vestram nisi per me potest, quæ me obijcio mediam. *Idem.*

458. *Belli moram.* ] Me moram belli mediam. *Idem.*

462. *Hic absuit.* ] Polyntes. *Idem.* *Pacta* ] Sup. vers. 280. *Idem.*

463. *Nunc alter* ] Eteocles. *Idem.* *Ergo jam nunquam* ] Adposui in retro-

gationem,

Nisi sic, v  
 Qui tot l  
 Longo p  
 Accede  
 Ensem; &  
 Hastam f  
 Coire pe  
 Hunc qu  
 Tegimen  
 Et ora m  
 Acieque  
 Affusa to  
 Tuo cruo  
 Quid dub  
 Polyn. Ti  
 Post ista  
 Fides hab  
 Adstring  
 Dum frat  
 Tu pone  
 Si pacis c

gationem, q  
 videretur mi  
 voto matris,  
 desperantis.

454. *Sic*,  
 lantern. Farn

465. *Tute*  
 boret. quod n  
 desiderate fil  
 advertit Gu  
 quam tot pol  
 Gronovius.  
 tio in specie  
 omnes Mss.  
 boret, totque.  
 sic extermin  
 te, quam q  
 filum sermo  
 dica mox sec



Nisi sic, videbo? junge complexus prior  
 Qui tot labores totque perpeſſus mala, 465  
 Longo parentem feſſus exilio vides.  
 Accede propius, clude vagina impium  
 Enſem; & trementem jamque cupientem excuti  
 Haſtam ſolo deſige. maternum tuo  
 Coire pectus pectori clypeus vetat. 470  
 Hunc quoque repone. vinculo frontem exue,  
 Tegimenque capitis triſte belligeri leva,  
 Et ora matri redde. quo vultus refers,  
 Acieque pavida fratris obſervas manum?  
 Aſſuſa totum corpus amplexu tegam. 475  
 Tuo cruori per meum fiet via.  
 Quid dubius hæres? an times matris fidem?  
 Polyn. Timeo: nihil jam jura naturæ valent.  
 Poſt iſta fratrum exempla, ne matri quidem  
 Fides habenda eſt. Joc. Redde jam capulo manum, 480  
 Adſtringe galeam, læva ſe clypeo ingerat;  
 Dum frater exarmatur, armatus mane.  
 Tu pone ferrum, cauſa qui eſt ferri prior.  
 Si pacis odium eſt, furere ſi bello placet,

In-

gationem, quod abſque eâ ſententia  
 videretur minus nervoſa, minus ex  
 voto matris, abominantis potius quam  
 deſperantis. Gruærus.

464. Sic, ] Alterum per vices exu-  
 lantem. Farnabius.

465. Tu tot labores ] Flor. Qui tot la-  
 bores, quod male mutavit Fabricius, &  
 deſiderare filium orationis recte anim-  
 advertit Gruærus: ſed hic fallitur,  
 quum tot potius abeſſe vult, quam tu.  
 Gronovius. Tu tot labores, &c. ] Le-  
 ctio in ſpeciem ſana; ſed arguunt eam  
 omnes Miſſ. in quibus: Tu qui tot la-  
 bores, totque. & vero vix mihi dubium  
 ſit exterminandam potius voculam  
 tot, quam qui: quod hanc deſideret  
 filium formoniſ; illam includat encli-  
 tica mox ſequens que; adpoſita enim

diſtioni alicui norat inter alia & hoc,  
 bis 2<sup>do</sup> & 3<sup>o</sup> repetendam. Gru-  
 ærus.

470. Coire ] Conjungi. Farnabius.

471. Vinculo ] Galeæ. Idem.

472. Tegimenque ] Galeam. Idem.

473. Quo vultus ] Quo reſpicis aut  
 vultum torques, ac ſi fratrem timeres?  
 Idem.

479. Fratrum ] Fraternæ perfidiæ,  
 Idem.

480. Redde ] Recipe quæ depoſue-  
 ras à me rogatus arma. Idem.

482. Dum frater exarmatur. ] In-  
 terea dum frater ponit arma, inquit, tu  
 retine. Exarmatur ] Legitur &, eſt  
 armatus. Farnabius.

483. Tu pone ] O Eteocles, qui vio-  
 laſti fidem pactam. Idem.



Inducias te mater exiguas rogat, 485  
 Ferat ut reuerso post fugam nato oscula  
 Vel prima, vel suprema. dum pacem peto,  
 Audite inermes: ille te, tu illum times;  
 Ego utrumque, sed pro utroque. quid strictum abnuis  
 Recondere ensem? qualibet gaude mora. 490  
 Id gerere bellum cupitis, in quo est optimum  
 Vinci. vereris fratris infesti dolos?  
 Quoties necesse est fallere, aut falli à suis,  
 Patiari potius ipse, quam facias, scelus.  
 Sed ne verere: mater insidias & hinc 495  
 Et rursus illinc abiget. exoro, an patri  
 Invideo vestro? veni, ut arcerem nefas,  
 An ut viderem propius? hic ferrum abdidit  
 Reclinis hastæ, & arina defixa incubant.  
 Ad te preces nunc, nate, maternas feram, 500  
 Sed ante lacrimas. teneo longo tempore  
 Petita votis ora. te, profugum solo

Pa-

485. *Inducias*] Exiguam saltem belli moram. *Farnabius*.

487. *Prima*,] Post multos annos quibus eum non viderim. *vel prima futura pacis pignora. Idem. Suprema.*] Perituro fortasse in hoc bello, si bellum gerere perisistatis. *Idem*.

491. *In quo*] In quo melius foret occidi, quam injuriæ stantisque cædi superesse. *Idem*.

496. *Patri*] Qui absens & cæcus est, ego autem adsum, an ut repellam, an ut videam nefarium hoc bellum: infra vers. 552. *Idem*.

498. *Hic ferrum abdidit*] Eteocles præcibus meis motus arma deposuit, & hastæ solo defixæ incubat reclinis. Solet autem miles si hostis à sinistro latere appareat, in scutum se inclinare; si à dextro, in hastam. *Idem*.

499. *Hastæ, & arma defixa incubant.*] Lipsius *incubat*. At amicus ejus,

*incubant*, inquit, non arma, sed ipsa armis infixis incubabat, poetice dictum. Gruterus nec placet, quod addit Scholiastes, *gramini*, nec acquiescere potest illi *incubat*, quod alii nupere editioni suæ intulerint obsecuti nudæ conjecturæ, nec satisfacit interpretatio commentatoris, ut ait, optimi, nec occurrat ferrum Criticum, quod spinam istam commode extrahat. Scribe: *Reclinis hastam & arma defixa incubans*. Livius lib. 44. *Scuto præ se erecto stare galeatos: dein, ubi fessi sint, innixos pilo capite super marginem scuti pasto sopitos stare. Scutum uel* & oxulæ veteribus arma. *Incubat hastam & arma*, ut Staius lib. 10. *sopori ferro stipatos flore tapetas Incubat*. Sallustius l. 3. *histor. ut sustinere corpora plerique nequeunt fessi, arma sua quisquis stantes incumbere*. Plautus *Casina: Gladium ficiam culcitam, eumque incumbam*. Gronovius.

Patrio, p  
 Te mari  
 Egere: r  
 Comit  
 Ornavit  
 Vittæ rev  
 Gazas so  
 Dotale b  
 Patria re  
 Externa  
 Sine crim  
 Deeflet  
 Errasse t  
 Remisse

505. Reg

505. Non

tibi nuptias,

dixi, nec in l

be officium est

506. Feste

festafronde

lita. *Idem*.

maxime post

nalis Sat. 6.

&amp; Matie:

*ducere myrto**aspergere tellu**cos adolere* &

gebantur,

bantur apud

doro lib. 9.

oleum, sed

lum memo

Genial. cap.

507. Lat

riti limen v

ornabat eos

unde unxor

plurimumi s

pturæ virgi

quinque, p

*vel in hon*

adulti, Iun



Patrio, penates regis externi tegunt:  
 Te maria tot diversa, tot casus vagum  
 Egere: non te duxit in thalamos parens 505  
 Comitata primos, nec sua festas manu  
 Ornavit ædes, nec sua lætas faces  
 Vittæ revinxit. dona non auri & graves  
 Gazas focer, non arva, non urbeis dedit.  
 Dotale bellum est. hostium es factus gener, 510  
 Patria remotus, hospes alieni laris,  
 Externa consecutus, expulsus tuis,  
 Sine crimine exul. ne quid è fatis tibi  
 Deesset paternis, hoc quoque ex illis habes,  
 Errasse thalamis. nate, post multos mihi 515  
 Remisse soles; nate, suspensæ metus  
 Et

503. Regis] Adraſti. *Farnabius.*

505. Non te] Ego non conciliavi tibi nuptias, non nuptam in thalamum duxi, nec in lecto collocavi. quod pronuba officium est, quæ plerumque mater. Id.

506. Festu manu] In nuptiis januæ festa fronde, ramis & feris ornari solita. *Idem.* Domus ergo ornabatur, maxime postes januarum; testis Juvenalis Sat. 6. Claudian. de nupt. Hon. & Matix: *Hi nostrâ nitidos postes obducere myrto Contendant: pars nectares aspergere testâ Fontibus & flammâ lucos adolere Sabæos.* *Idem* oleo inungebantur, & lænea vittæ circumdabantur apud Romanos, teste D. Isidoro lib. 9. Orig. cap. ult. alii non oleum, sed adipem lupinum vel suillum memorant. ut Alexander lib. 2. Genial. cap. 5. *Delrius.*

507. Lætas] Sponsa primum ad mariti limen veniens postes læneis vittis ornabat eosque adipe suillo ungebat, unde *unxor* dicta. pronuba autem ut plurimum sponsæ mater ademptas nuptiarum virginales vittas facibus (quæ quinque, pro numero partus naturali, vel in honorem v. deorum, Jovis adulti, Junonis adultæ, Veneris, Saa-

delæ, Lucinæ præferbantur à pueris patrimis & matrimis apud Romanos, à sponsæ matre apud Græcos) urendas implicuit sponsamque matrimonialis vittis redimibatur. *Farnabius.*

513. Fatis] Exulare utrumque sine culpa: oraculo uxorem accipere. *Idem.*

514. Hoc quoque] Ut Oedipus matris erravit thalamis quos infecta est pestis, ita tu hostilis uxoris quos comitatur bellum dotale. *Idem.*

515. Errasse thalamis] Quomodo, errasse? quia cum civem, vel saltem non hostem ducere debuisset, externi sanguinis & hostilis uxorem duxit. erravit ergo Polynices thalamis, sicut Oedipus: oraculo uxorem accepit, quemadmodum Oedipus; exulavit quoque sine culpa Thebis; ut Corintho Oedipus. *Delrius.* Post multos] Post multos mihi reddite dies. *Farnab.*

516. Nate, sollicitæ metus] Membranæ principes: Nate suspensæ metus Et spes parentum. Bene lib. 4. de beneficiis. 34. *incipitem rerum ac lubricam sortem suspensus sequitur.* Eidem pendere sæpe est anxium sollicitumque esse. Oedipo: *Gravis Senectus sibi mox & pendens Metus.* Gronovius.



Et spes parentis; cujus aspectum deos  
Semper rogavi; cum tuus reditus mihi  
Tantum esset crepturus adventu tuo,  
Quantum daturus; quando pro te desinam, 520  
Dixi, timere? dixit irridens Deus,  
Ipsam timebis. nempe, nisi bellum foret,  
Ego te carerem: nempe, si tu non fores,  
Bello carerem. triste conspectus datur  
Pretium tui, durumque: sed matri placet. 525  
Hinc modò recedant arma, dum nullum nefas  
Mars sævus audet. hoc quoque est magnum nefas;  
Tam prope fuisse. stupeo, & ex sanguis tremo,  
Cum stare fratris hinc & hinc video duos  
Sceleris sub ictu. membra quassantur metu. 530  
Quam penè mater majus adspexi nefas,  
Quam quod miser videre non potuit pater!  
Licet timore facinoris tanti vacem,  
Videamque jam nil tale, sum infelix tamen,  
Quod pene vidi. per decem mensum graves 535  
Uteri labores, perque pietatem inclitæ  
Precor sororis, & per irati sibi  
Genas parentis; scelere quas nullo nocens,  
Erroris à se dira supplicia exigens,  
Haufit; nefandas mœnibus patriis faces 540  
Averte: signa bellici retro agminis  
Flecte. ut recedas, magna pars sceleris tamen  
Vestri peracta est. vidit hostili grege

Cam-

519. *Tantum*] Fratre in exilium alternum recessuro. *Farnabius*.

535. *Decem*] Quibus te in utero gestavi. ceteri autem de partus tempore variant, alii menses numerando *Solares* alii *Lunares*, & hos quidem vel Peragratoris vel Consecutionis v. 838. *Thyestis*, vel denique Apparitionis: commodius tamen ad menses *Solares* xxx. dierum referunt pariendi tempus; cujus communissimus, mensis nonus:

proximus mensis decimus aut septimus. de sexti mensis vitalitate disputant medicorum filii: an mensis undecimi partus sit legitimus, quarunt *ICti*. *Idem*.

536. *Perque pietate inclitæ Precor sorores,*] *Etruscus*: perque pietatem *inclitæ Precor sororis*. nam sola inter personas nominatur *Antigone*, & versus 551. ubi altera soror *Ismene* monstratur, vitiatus est. *Gronovius*.

546. *Ex-*

Campo  
Armis  
Cadme  
Volita  
Fumare  
Fratres  
In se ru  
Hoc ut  
Genitri  
Quod i  
Nunc C  
Pœnæ  
Patriam  
Everte  
Patriam  
Vis esse  
Ipsum

546. *E*  
bus, è qui  
erat.

547. *I*  
minitante

548. *C*

549. *E*  
nullum fe

551. *J*

totus hoc  
pulus omni

pe sola An

552. *J*

erutos à s

nabius.

553. *A*

tantia: pe

volensque

559. *J*

*Idem*.

560.

verfabat

quam ta

sus: ade

perfitio



Campos repleti patria, fulgentes procul  
 Armis catervas: vidit equitatu levi 545  
 Cadmea frangi prata, & excelsos rotis  
 Voltare proceres; igne flagrantes trabes  
 Fumare, cineri quæ petunt nostras domos;  
 Fratresque (facinus quod novum & Thebis fuit)  
 In se ruentes. totus hoc exercitus, 550  
 Hoc utrinque populus omnis, hoc vidit foror,  
 Genitrixque vidit: nam pater debet sibi,  
 Quod ista non spectavit. occurrat tibi  
 Nunc Oedipus: quo iudice, erroris quoque  
 Pœnæ petuntur. ne, precor, ferro erue 555  
 Patriam, ac penates; neve, quas regere expetis,  
 Everte Thebas. quis tenet mentem furor?  
 Patriam petendo perdis. ut fiat tua,  
 Vis esse nullam? quin tuæ causæ nocet  
 Ipsum hoc, quod armis uris infectis solum, 560  
 Sege-

546. *Excelsos*] Sublimes in curribus, è quibus pugnare veteribus mos erat.

547. *Ignem*] Faces incendia Thebis mitantes, *Farnabius*.

548. *Cineri*] Ad cinerem. *Idem*.

549. *Et Thebis*] Et Thebis, quibus nullum fere scelus novum est. *Idem*.

551. *Et utraque hoc vidit*] *Flor. totus hoc exercitus, Hoc utrinque populus omnis, hoc vidit foror.* etiam nempe sola Antigone. *Gronovius*.

552. *Debet*] Pro beneficio habet erutos à fe oculis, ne hæc videat. *Farnabius*.

553. *Occurrat*] Si pater etiam ignorantia pœnas exegit, tu vide ne sciens volensque in scelus irruas. *Idem*.

559. *Nullam?*] Nullius itaque erit. *Idem*.

560. *Quod armis uris infectis*] Obversabatur hic Grævero vera scriptura, quam tamen ipse probare non est ausus: adeo nimia erat cauti hominis suspensio in servando, quod expressum

in membranis reperisset. At vel omnium optimæ, & ævo sacrosanctæ, quales Pandectæ Florentini, quales Gallici Livii, & rursus Florentinæ harum tragediarum, sæpe non tam exhibent quam sub nube & crepusculo vitiorum intermicantem ostendunt veritatem. Postter quibusdam arridere, *uris*, sed vulgatam probissimam arbitror ait. Inmo solum, *uris*, omnibus debet arridere, qui locum salvari cupiunt: est enim expressum in optimo librorum: & quod pars maxima, *vestris*, aut *nostris*, inde factum, quod illud ceu compendium scriptum, cum integrum esset, acceperunt. Livio quoque hoc proprium & frequens. Lib. 27. *Acheus Machanidas tyrannus Lacedæmoniorum finitimo bello urebat.* Eodemque: *Punici belli, quo duodecimum annum Italia urebatur.* Lib. 28. *quam diu Sicilia Punico bello ureretur.* Lib. 32. *tanquam non intestino & horente in visceribus uramur bella.* Silius Italicus lib. 55. vers. 339.



Segetesque adultas sternis, & totos fugam  
Edis per agros. nemo sic vastat sua.

Quæ corripit igne, quæ meti gladio jubes,  
Aliena credis? rex sit è vobis uter,

Manente regno, quærite. hæc telis petes 565

Flammisque tecta? poteris has Amphionis

Quassare moles? nulla quas struxit manus,

Stridente tardum machina ducens onus;

Sed convocatus vocis & citharæ sono

Per se ipse turres venit in summas lapis. 570

Hæc faxa franges victor? hinc spolia auferes,

Vinctosque duces patris æquales tui?

Matres ab ipso conjugum raptas sinu

Sævus catena miles imposita trahet?

Ut adulta virgo mixta captivo gregi 575

Thebana nuribus munus Argolicis eat?

An & ipsa palmas vincita post tergum datas

Mater triumphi præda fraterni vehar?

*Hunc etiam, vastis qui nunc sese intulit  
oris, Perpetiar, miseris quærentem exu-  
rere belli Reliquias. Ita enim legen-  
dum. Vulgo, Nunc. Gronov.*

561. *Segetesque adultas sternis,] Im-  
mo adultas, ut legitur Florentiæ. Her-  
cule Furente: Nec adulta leni fluctuat  
Zephyrosifeges. Idem.*

566. *Poteris has Amphionis] Fabula  
veteribus non ingenii tantum lusus  
sed deorum historia & honor erat.  
Και ἡδὲ τῶν ποιητῶν οἱ θεολογῆσαι,  
καὶ τῶν φιλοσόφων οἱ ἀείρειν, οἷπε  
ταῖς πελοπίδης κριταδέξαντες, & αὐτοὶ  
ἐν χρησμῶσι οἱ θεοὶ, μύθοις ἐχρή-  
σαντο, ut inquit Sallustius de diis &  
mundo. Ita quoque non Poëta modo  
finxerunt, sed & τῶν θεολογῆματων  
auctores pro vero tradiderunt muros  
Thebarum Amphionis lyra structos.  
Apollodor. ὅτι θεῶν γ. τὴν μὲν πο-  
λιν ἐτείχισεν ἐπανακροκνησάντων  
ἑ Amphion & λόρα τῶν λίθων. Hæc  
antiquitatis fata venerabatur & crede-*

bat vulgus, ut de religionibus aliquod  
caput. Vnde & Thebis ex lapidibus,  
οἱ τῆ ἀδῆ ἑ Amphion & ηὐκρόβα-  
σσην, circa tumulum monstrabantur  
quidam, & ἐν εἰσαορδοῖσι παρὰ τὸ  
ἀκρόβαστατον, teste Pausania in Bero-  
ticiis. Quare τὸ ἀπίθανον καὶ φευγῶν  
huius loci, quod nullum est, nemini  
risum aut contemptum movere debet:  
utique Thebanorum, quibus hæc  
ἀληθέστατα τῶ ἐπὶ Σάγγει, & pro  
impio habebatur & hoste publico, si  
quis obtrectaret. Denique videmus  
hodieque in tanta luce veri plerasque  
nationes fabulosarum de majorum  
monumentis & locorum miraculis  
narrationum esse tenacissimas, ut odio,  
vi, malò plectant diffidentes. Idem.  
Dicitur & Amphion Thebane condider  
arcis Saxa movere sono testudinibus. Vid.  
Herc. Fur. 260. & 914. Farnabius.

572. *Patris] Corvæ patris, id est,  
senes. Idem.*

578. *Fraterni] De fratre achi. Idem.*

584. *Quid*

Potesne

Potesne  
Videre  
Hostem  
Implere  
Sævum  
Quid se  
Animi  
Polyn. U  
Opem  
Quid p  
Si pejes  
Pœnas  
Jubes a  
Da, qu  
Habite  
Hanc d  
Pensar  
Arbitr  
Humil  
In serv  
Joc. Si  
Vacare  
In orb  
Hinc n  
Qua la

584. *facies si  
bin.*

588. *Eteocles*

592. *perbus:]  
superba.*

595. *novius.*

ta domu  
habeam

cero. Fa



Potesne cives lætus exitio datos  
 Videre passim? mœnibus caris potes 580  
 Hostem admovere? sanguine & flamma potes  
 Implere Thebas? tam ferum & durum geris  
 Sævumque in iras pectus, & nondum imperas?  
 Quid scepra facient? pone vesanos, precor,  
 Animi tumores, teque pietati refer. 585  
 Polyn. Ut profugus errem semper? ut patria arcear,  
 Opemque gentis hospes externæ sequar?  
 Quid paterer aliud, si sefellissem fidem,  
 Si pejerassem? fraudis alienæ dabo  
 Pœnas; at ille præmium scelerum feret? 590  
 Jubes abire. matris imperio obsequor.  
 Da, quo revertar. regia frater mea  
 Habitet superbus; parva me abscondat casa:  
 Hanc da repulso. liceat exiguo lare  
 Pensare regnum. conjugii donum datus 595  
 Arbitria thalami dura felicis feram,  
 Humilisque socerum lixa dominantem sequar?  
 In servitutum cadere de regno, grave est.  
 Joc. Si regna quæris, nec potest scepro manus  
 Vacare sævo; multa, quæ possunt peti 600  
 In orbe toto, quælibet tellus dabit.  
 Hinc nota Baccho Tmolus attollit juga,  
 Qua lata terris spatia frugiferis jacent,

Et

584. Quid scepra ] Quid quæso  
 facies si quando Rex fueris? Farna-  
 bius.

588. Si sefellissem ] Quod fecit  
 Eteocles. Idem.

592. Regia frater mea Habitet su-  
 perbus: ] Sane & Flor. meus Habitet  
 superba. etsi alterum invidiosius. Gro-  
 novius.

595. Conjugi ] In conjugis opulen-  
 tæ domum receptus pro uxore heram  
 habeam, imò habeat & inserviam so-  
 cero. Farnabius.

597. Lixa ] Nonio, qui ligna ve-  
 hunt exercitui, calones; qui vero aquam  
 subministrant, lixa: ipsæ quoque na-  
 viculæ quæ ligna subvehunt, D. In-  
 doro lib. 19. orig. cap. 1. Delvius.

598. In servitutum ] Quia felicem  
 fuisse miserum. Sed magni animi &  
 fortis est, ubi quis è sublimi rerum  
 statu deciderit patienter adversa tole-  
 rare. Verf. 923. Thyest. Farnabius.

602. Tmolus ] Mons Lydiæ à Ba-  
 cho superatus vitium & ctoci ferax.  
 Idem.



Et qua trahens opulenta Pactolus vadā  
 Inundat auro rura. nec lætis minus 605  
 Mæandros arvis flectit errantes aquas,  
 Rapidusque campos fertiles Hebrus secat.  
 Hinc grata Cereri Gargara, & dives solum  
 Quod Xanthus ambit nivibus Idæis tumens:  
 Hinc, qua relinquit nomen Ionii maris, 610  
 Fauces Abydi Sestos oppositæ premit;  
 Aut, qua latus jam propior Orienti dedit,  
 Tutamque crebris portubus Lyciam videt:  
 Hæc regna ferro quære. in hos populos ferat  
 Socer arma fortis: has paret sceptro tuo 615  
 Tradatque gentes. hoc adhuc regnum puta  
 Tenere patrem. melius exilium est tibi,  
 Quam reditus iste. crimine alieno exulas,  
 Tuo redibis. melius istis viribus,

Nova

604. *Pactolus*] Lydiæ fl. aureas trahens arenas. *Farnabius*.

606. *Mæandros*] Mæander celeberrimus Phrygiæ fluvius, multis anfractibus sinuosus & flexuosus. v. 683. *Herc. Fur. Idem*.

607. *Campos fertiles Hebrus secat.*] Quum loca, quæ describit omnia, Phrygiæ, Hellepontis, Lydiæ, Lyciæ in Asia sint, mirum est hic interponi *Hebrum* Thraciæ & Europæ. Fortassis, *Hermus*. Hunc enim ex monte Dindymenæ sacro per Catacaumenen in Sardiniam ferri *μῆχες τῆς συνέχειν πειθῶς μέγας τῆς ἡμετέρας* testis Strabon. l. 13. *Gronovius*.

608. *Gargara*] Montis Idæ cacumina frumento fertilia. *Farnabius*.

609. *Xanthus*] Scamander fl. Trojanus. *Idem*.

610. *Relinquit*] Et Hellepontus dici cepit; in cuius faucibus Abydus à latere Asiatico opposita est Sesto à latere Europæo. *Nomen Ionii maris, Fauces Abydi Sestos oppositæ*] Sestos non magis urget fauces Abydi, quam

Messana Sicilia premit fauces Rhegi Italici, aut Abyla urget fauces Calpes. Delirus è Mogunt. & aliis notat, *Fauces Abydos*, ex Lugd. *Abydos Sestosque oppositæ premunt*. Comelinus è Pal. *Abydos*. Florentinus: *Faucesque Abydo Sestos oppositæ*. Scribe: *qua relinquit nomen Ionii, maris Fauces Abydo Sestos oppositæ premit*. Vtraque enim premunt fauces maris, Sestos oppositam habens Abydon, Abydos Seston. *Thyeste: & maris gemini premens Fauces Corinthos*. Gronovius.

612. *Qua latus jam propior Orienti*] Ridicule ad Xanthum referunt, quasi non interveniret Sestos, & tamen sensu nullo. Lege, *propius*, & refer ad *Mare*. Qua illud se flexit in latus circa Cnidum Rhodumque jam propior Orienti soli, & Lyciam alluit. Forte & mox: *Hic regna ferro quære*. *Idem*.

618. *Reditus iste*] Per vim & nefas. *Farnabius*.

619. *Melius usus viribus*] Etruscus: *melius istis viribus*. Gronovius.

627. Li-

Nova re  
 Quin ips  
 Tibi mi  
 In quo p  
 Favere p  
 Sunt exi  
 Propon  
 Licet or  
 Licet ar  
 Fortuna  
 Quodcu  
 Licet in  
 Sors co  
 Certum  
 Omnes  
 Petiere  
 Obtexi  
 Victore  
 Frange  
 In quo  
 Sigaud  
 Cum vi  
 Dimitt  
 Luctu  
 Pœnas  
 Joc. Ne

627. Li  
 cet sis num  
 melior: n  
 tuti milit  
 na, sed  
 d'pns in  
 spem imp  
 jicit. Fa  
 629. I  
 punctio  
 Tentat ig  
 belli: ser



Nova regna nullo scelere maculata appetes. 620  
 Quin ipse frater, arma comitatus tua,  
 Tibi militabit. vade, & id bellum gere,  
 In quo pater materque pugnanti tibi  
 Favere possint. regna cum scelere, omnibus  
 Sunt exiliis graviora. nunc belli mala 625  
 Propone; dubias Martis incerti vices.  
 Licet omne tecum Græciæ robur trahas;  
 Licet arma longe miles ac late explicet;  
 Fortuna belli semper ancipiti in loco est,  
 Quodcumque Mars decernit. exæquat duos, 630  
 Licet impares sint, gladius: & spes & metus  
 Sors cæca versat. præmium incertum petis,  
 Certum scelus. Favisse fac votis deos  
 Omnes tuis: cessere, & aversi fugam  
 Petiere cives. clade funesta jacent. 635  
 Obtexit agros miles. Exultes licet,  
 Victorque fratris spolia dejecti geras;  
 Frangenda palma est. Quale tu id bellum putas,  
 In quo exsecrandum victor admittit nefas,  
 Sigaudet? hunc, quem vincere infelix cupis, 640  
 Cum viceris, lugebis. infaustas, age,  
 Dimitte pugas. libera patriam metu,  
 Luctu parentes. Polyn. Sceleris & fraudis suæ  
 Pœnas nefandus frater ut nullas ferat?  
 Joc. Ne metue; pœnas & quidem solvet graves. 645  
 Regna-

627. Licet ] Exercitu & copiis licet sis numerosior & instructor, imo melior: non tamen numero, non virtuti militum semper respondet fortuna, sed anceps belli alea, & agros æque impares æquat & potentioris spem impotentioris sæpe metui subijcit. Farnabius.

629. Fortuna belli semper ] Interpunctio minus apta videtur Cæterò. Tentat igitur: ac late explicet Fortuna belli: semper ancipiti: & quia ne sic

quidam his acquiescit, detracta litera legit: Quocumque Mars decernit. Sed nihil est suspecti. Anceps est, inquit, fortuna belli; quod bellum prælio & acie dijudicatur, non ratione & colloquio componitur. Vt apud Livium: Primus impetus rem decrevit. Gronov.

633. Favisse ] Hæc ab Euripide sumit, sed melius tractavit. Vossius.

638. Frangenda ] Non tamen fincera erit tibi & integra victoria, quia non honesta, Farnabius.



Regnabit. *Polyn.* Hæcne est pœna? *Joc.* Si dubitas,avo  
 Patrique crede. Cadmus hoc dicet tibi,  
 Cadmique proles. Sceptra Thebarum fuit  
 Impune nulli gerere; nec quisquam fide  
 Raptâ tenebat illa. jam numeres, licet, 650  
 Fratrem inter istos. *Polyn.* Numero: & est tanti mihi  
 Cum regibus jacere. *Joc.* Te turbæ exulum  
 Adscribo. regna, dummodo invisus tuis.  
*Polyn.* Regnare non vult, esse qui invisus timet.  
 Simul ista mundi conditor posuit Deus, 655  
 Odium atque regnum. regis hoc magni reor,  
 Odi ista premere. multa dominantem vetat  
 Amor suorum. plus in iratos licet.  
 Qui vult amari, languida regnet manu.  
 Invisa numquam imperia retinentur diu. 660  
*Joc.* Præcepta melius imperii reges dabunt;

## Exilia

647. Patrique ] Lajo & Oedipo, quorum ille interfectus, hic, omnium numerarum genere accumulatus. *Far. Cadmus*] Regno pulsus & in serpentem mutatus. *Herc. Fur.* vers. 392. *Idem.*  
 648. Sceptra ] *Ibi.* vers. 385. *Idem.*  
 649. Fide ] Quod fecit *Eteocles. Id.*  
 651. Et est ] Et ego tanti regnum æstimo; ut vel cum his regibus rex mori velim. *Idem.*

653. Dummodo ] Quamdiu, si modo. porro pro regna, forte legendum, regna. hæc mente; quamdiu invisus tuis regnabis, non rex mihi, sed exsul videre. sane ut mater invisum esse velit filium regem, non convenit, nisi iata & convicianti, ut dixi. *Delrius.*

654. Regnare ] Ars prima regni est, posse te invidiam pari. *Verf.* 352. *Herc. Fur. Oed.* 703. *Fatnabius.*

656. Regis & magni reor, ] *Delrius* non male alicubi legi ait: regis est magni reor. *Raphelingius, regit at magni.* *Cruteri* unus, regis hoc magni: nec tamen rejecerit aliorum at. *Etruscus:* regis hoc magni reor. Itaque cessent conjecturæ. *Gronovius.*

659. Qui vult amari, ] *Præcio* regnat & subditorum arbitratur, qui amari vult.

660. Invisa nunquam ] *Hunc* versum *Iocasta* attribuit *Raphelingius*, sequentem cum reliquo *Polynici.* *Delrius* de duobus consentit: sed, *Exsilia tu dispone*; tumsum dat *Iocasta*, reliquum *Polynici.* *Cruterus* & *Scaliger* omnia *Polynici* præter, *Præcepta melius*; cum sequenti *hemestichio*, ut vulgo editur. *Subtilius* & *commodius Gronovius* vers. 652. te turbæ exsulum Adscribo, tanquam *matræ* minus conveniens, tradit *Eteocli:* *Sensus*, (non, si hæc tua sit politice, melior eris exul, quam rex, ut volunt: sed, frustra ducis tanti: non enim tibi continget cum regibus jacere: exsilis es; & manebis: quod sequitur, *Polynici, Regna dummodo invisus tuis*; Mox illud verè tyrannicum, *Regnare non vult*, iterum *Eteocli:* *mitiora, Qui vult amari*; *Polynici:* denique *Eteocli: Præcepta melius*, cum reliquo. *Gronovius.*

661. Præcepta ] Quæcumque, inquit,

Exilia t  
 Patrian  
 Imperi

quit, à te  
 ni: sed re  
 cere. Reg  
 gnandi dal  
 Ipsi videri  
 gna sua: r  
 modo in e  
 cepta exsi  
 sunt. *Far.*

664. In  
 d' adre  
 Kadre



Exilia tu dispone. Polyn. Pro regno velim  
Patriam, penates, conjugem flammis dare.  
Imperia pretio quolibet, constant bene.

\* \* \* \* \*

Deest, & magna pars hujus Tragediæ intercidit.

quit, à te dicta sunt, præcepta sunt regi : sed regum est, non tuum, ista edicere. Reges ergo melius præcepta regnandi dabunt, quam tu, qui exulas. Ipsi viderint quomodo disponant regna sua : tu ( ut modo vers. 652, ) quomodo in exsilio degas. Tam tibi præcepta exsiliij quam illis imperiij opus sunt. Farnabius.

664. Imperia] Euripides : Εἰπερ  
ἴδ' ἀδικεῖν γῆν, πνευρίδ' ὄνει  
Καλίστην ἀδικεῖν. τ' ἀδικα δ' εὐσε

ἔειπ' ἄρα. hos versus auctor est Suetonius lib. 1. sic à Ciceroe conversos fuisse : Si violandum est jus, imperij gratia Violandum est : alius in rebus pietatem colas, quæ cum Cæsar Iulius continuo haberet in ore, omnia jura divina & humana, inquit Cicero l. 1. offic. pervertit, propter eum quem sibi opinionis errore sinxerat principatum. Merito Ennius scripsit : Nulla sancta societas, nec fides regni est. Porro ab hoc versu cetera desiderantur. Delrins.



L. AN-